Cucuū quid ē: dicitur ꝙ eſt ſemperuiua: ⁊ dicitur ꝙ eſt ſpecies ſeminis mādragore ⁊ dicitur aliud: ⁊ eſt duarū ſpecierū quarū vna eſt petroſa: ⁊ alia non eſt petroſa. Natura. Ob ī ea magis dominatur ē frigus ⁊ ſiccitas ⁊ in ipſa eſt humiditas calida tēperata ⁊ ſubtilitas ⁊ inciſio ⁊ viſcoſitas ⁊ neqꝫ habet odorē ⁊ habet dulcedinē quādā: ⁊ aqua eius attrahit ſputū ⁊ aggregando parteſ carnis in vaſe facit rē vnam. Operationes ⁊ ꝓprietates. Eſt equalis ⁊ ſubtilis ⁊ incidit ⁊ viſcoſitatē ceparū reſoluit ⁊ aliquid ē in ipſo per quod aggregat ⁊ cōſtringit. Inſtrumē. iuncturarū. Decoctio eius confert attritioni neruorum ⁊ lacertoꝝ in medio eoꝝ ⁊ in extremitatib⁹ ipſorū ⁊ recens conſolidat. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Sanat aſperitatem pectoris ⁊ gutturis: ⁊ ꝓhibet ſputum ſanguinis ⁊ in aqua mellis mūdificat pulmonē. Membra expulſionis. Cōfert vlceribus inteſtinoꝝ ⁊ abraſiōi ⁊ rupture inguinis aquoſe ⁊ doloribus renū ⁊ retinet fluxū ſanguinis menſtrui. Permuta. Loco ei⁹ ponit̄ ſucc⁹ folioꝝ lactuce, aut aqua ſolatri.

De ſumach. C.dcxliij.

Umach qđ ē: aliō ē coraſcēi: ⁊ aliud ē ſemē min⁹ coraſcēo rubei lētis ſimilidieꝫ hñs ⁊ ē



cōueniēs ei cui ꝯuenidit acacia ⁊ roſā: ⁊ qñ decoq̄t̄ cū aq̄ deinde ei⁹ decoctio inſpiſſat̄ ſic̄ mel ꝯuenit ei cui ꝯuenit bnū. Natura. Eſt frigidū in ſecūdo: ſiccū in ʒ°. Operationes ⁊ proprietates. Eſt ſtipticū ꝯſtrictiuū ꝯfortatiuū, ⁊ acetū ē ſubtili⁹ eo ⁊ ꝓhibꝫ fluxum ita ꝙ qdā dicūt ꝙ appenſū retinet illud ⁊ ꝓhibet attractionē cholere ad viſcera. Deco. Decoctio ſumach quo tinctores vtūtur ⁊ corioꝝ prepatores denigrat capillos. Apa. ⁊ bo. Fit ex eo emplaſtrū ſup pcuſſionē ⁊ ꝓhibet apata ⁊ viriditatē et ꝯfert panaritio ⁊ ꝓhibet additionē apatū. Vul. ⁊ vlce. Prohibet ambulationē fraudulentis. Inſtrumenta iuncturarū. Embrocatur ex decoctiōe ei⁹ coriſio ⁊ nō apal. Mē. ca. Prohibet ſaniem auris. ⁊ gūmi ei⁹ qñ ponit̄ in corroſionē dentiū ſedat dolorē eoꝝ. Membra nutrimenti. Preparat ſtomachū ꝯfortans ipm ⁊ ſedat ſitim ⁊ facit appetitū acetoſitate ſua ⁊ ſedat nauſeam cholericam.

Mēbra expulſionis. Conſtringit ⁊ retinet mēſtrua ⁊ fluxū ⁊ ꝓhibet raſurā ⁊ cliſterizat̄ ad dyſenteriā ⁊ curſū mficis ⁊ hemorroidas.

De ſicla. Ca.dcxliiij.

ſ Icla qđ ē. Eſt duarū ſpēꝝ: vna ē nigra pp vehementiā viriditatis: ⁊ altera ē illa que ē nota. Natura. Apud quoſdā eſt calā ⁊ ſicca in pmo: ⁊ ſm veritatē eſt cōpoſitaꝝ virtutū: ⁊ apud quoſdaꝫ eſt frigida: ⁊ nō eſt dubiū qn in ei⁹ radice ſit humiditas. Operationes ⁊ proprietates. In ſicla eſt virtus baurach ſubtiliatiua: ⁊ in ipſa ē reſolutio ⁊ apertio fortior reſolutōe atriplicū ⁊ lenificatō: ⁊ in ea q̄ eſt nigra eſt ſtipticitas ⁊ ꝓpe cū lētib⁹. ⁊ bauracitas que eſt ī ipſa ē reſolutiua ⁊ terreitas ē ꝯtractiua ⁊ totū elixatū ē mali chimi ⁊ totū ei⁹ ē pui nutrimēti ſicut reliq̄ olera. Decora. Prohibet ſuccus eius ⁊ decoctio folioꝝ ei⁹ fixuras frigoris ⁊ ꝯfert alopitie ⁊ ꝯfert panno cū ex folijs ei⁹ adminiſtrat̄ emplaſtrū poſt ablutionē loci cum nitro ⁊ qñqꝫ abſcindit verrucas ſuccus ei⁹ ⁊ interficit pediculos. Apoſte. ⁊ bothor. Ex ea elixata fit emplaſtrū apatib⁹ ⁊ reſoluit ⁊ maturat ea. Et ꝯfert moro emplaſtro fcō ex ea reſolutōe ſua. Vulnera ⁊ vlcera. Folia ei⁹ bona ſunt decocta aduſtioni ignis ⁊ ꝯferūt impetigini linita cū melle. Mē. capitis. Ex aq̄ ei⁹ cū felle gruis fit caputpurgiū ⁊ delet torturā ⁊ valet ad vlcera nariū. ⁊ ei⁹ aq̄ tepida diſtillat̄ in aurē ⁊ ſedat dolorē ⁊ lauat̄ caput cū aq̄ ei⁹ ⁊ aufert furfures. Mēbra nutrimenti. Radix ei⁹ eſt mala ſtomacho faciens nauſeam ⁊ plimū illi⁹ ē ꝓpē bauracitatē eius mordicatiuam ⁊ eſt mali chimi ⁊ lauat bauracitate ſua adeo vt mordicet ſtomachū fortis ſenſus: ⁊ eius nutrimētū eſt paucū ⁊ apertio ei⁹ ē pua ⁊ ad opilatōes epatis fortior ē apriōe malue ꝓpe cū ſynapi ⁊ aceto ⁊ ſilr̄ etiā ſpleni: ⁊ oportet vt comedat̄ cū muri ⁊ cū ſpecieb⁹ q̄ ſūt ad cōdienda cibaria. Membra expulſionis. Dr̄ ꝙ illa q̄ eſt nigra ſtrigit ⁊ ꝓpe cū lētibus. ſꝫ nō eſt dubiū qn elixata, piecta ei⁹ aq̄ cū patella in furno ponit̄ ꝯſtringat ⁊ fit cū ea cliſtere ad extrahendū fecē ⁊ totū ei⁹ generat inflationē ⁊ rugitū ⁊ dolorē vētris pūgitiuū: ⁊ ē bona colice cū aſſumit̄ cū ſpecieb⁹ ꝯdictib⁹ ⁊ muri.

De ſtinco. Ca.dcxlvi

ſ Tincus qđ ē. Eſt guarl de nilo q capit̄ in egipto. ⁊ exiſtimauerūt qdā ꝙ ſit de partu crocodili in cāpo. Electio. Meli⁹ qđ ē in ipſo ē illud qđ eſt in pte renū. Membra expulſionis. Coitū auget coitū adeo vt nō ſedetur niſi ſorbitōe iuris lactucarū ⁊ lentiū.

De ſeneſten. Ca.dcxlvij

ſ Eneſten ⁊ nominatur mukeita. Natura Sunt quaſi temperate. Operatiōes ⁊ ꝓprietates. Sunt lenitiue. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Leniunt pectus ⁊ guttur. Membra nutrimenti. Sedant ſitim: ⁊ ꝓprie ſemen eius cum ſaczenea. Mēbra expulſionis Leniunt ventrē.

De Semabras. Ca.dcxlviij.

ſ Emabras. Decoratio. Fit ex eo emplaſtrū ſup ſpinas ⁊ ea q̄ carni ſūt īfixa ⁊ ſup verrucas ꝯtrito: ⁊ extrahit eas ⁊ ſup ea q̄ ſūt vt claui ⁊ euellit. ⁊ dr̄ ꝙ illud qđ de eo ſiccū eſt cum cōmiſcetur cū oleo facit naſci capillos ſuper tineam.

Membra capitis. Dr̄ ꝙ epar ipſi⁹ ſedat dolorē molaris dētis. Mēbra expulſ. Vrina ei⁹ ⁊ ſanguis ipſi⁹ mirabil̄ iuuamēta ſunt in ruptura infantiū cū ſedent in decoctōe ei⁹. ⁊ qñqꝫ ponit̄ in vrina ei⁹ ⁊ in ſanguine ipſi⁹ aliqđ de muſco ⁊ ponit̄ in vga infātis ⁊ fit vltimi iuuamēti in ruptura. Venena. Findit̄ ⁊ ponit̄ ſup pūcturā ſcorpionis.

De Spica. Ca.dcxlix.

ſ Pica qđ ē. Spica ē due ſpēs: quaꝝ vna ē ſpica aromatica ⁊ ē ſpica muri: ⁊ altera eſt nereidē ⁊ ē ſpica rōna. ⁊ alithjtia nobilior ē inda ⁊ ſyria in omnibus proprietatibus ſuis niſi in prouocatione ⁊ alithjtia eſt in virtute proxima ſyrie: ⁊ ei⁹ qdem arbor parua ē ⁊ euellit̄ cum luto ſuo ⁊ egredit̄ q̄ qñqꝫ adulterat̄ cū planta q̄ eſt ſibi ſimil̄. Inter eas vero diſcernitur qm̄ planta illa eſt horribilis odoris. ⁊ nereidē preterea quedam eſt montana cuius folia ſunt ſicut folia croci hortulani: ⁊ ſilr̄ ſtipites ei⁹ ſꝫ ſūt citrini plani nō in modū retis inuoluti plures habet radices. ſ. duas aut plures ⁊ non habet eius neqꝫ fructū neqꝫ florē. Electio. Inquit Dia. melior eſt cuius pili ſunt plēs ⁊ declināt ad rufedinē ⁊ eſt boni odoris ſicut cipi ⁊ pua ſpica mordicans linguam. ⁊ hec eſt ſira. inda vero eſt debilior ⁊ lōgior ⁊ plus omni ſpica inuoluta horribilis odoris ⁊ rumpitur velociter cum ſummis ſuorum villorum ⁊ cadit ex ea puluis niger magnus ⁊ adulteratur quia decoquitur poſt infuſionem cum aqua calida: deinde fit grauis cum antimonio poſtea venditur. ipſum vero ſignant eius albedo ⁊ color antimonij ⁊ debilitas virtutꝭ eius ⁊ debilitas ſaporis ipſius ⁊ odoris. nigra vero inda melior eſt rubea. ⁊ nereidē quidē melior eſt illa que eſt recens boni odoris plēs hꝫ radices groſſa que nō frāgit̄. illa vō que habet eius declināſ ad albedinem: ⁊ ꝓpe in medio

ſui nõ ẽ aliquid ꝓpe q̃ ẽ horribił odoris. Natura. Calida ẽ in ꝑmo: ſicca in ſcd̃o. Operationes ⁊ ꝓꝑetates. Eſt apiũa reſolutiua: ⁊ in inda qdem ẽ ſtipticitas plima ⁊ caliditas eius minor eſt ſed ẽ leuis ⁊ i ꝑmis qñ guſtatur ẽ rancida: deinde ꝓcedit ex ea caliditas ⁊ acuitas: ⁊ ex ſpica aromatica ſit puluis ꝓhibẽs ſudorem plimũ. ⁊ lauti qdem ſpi ce ẽ abluens corp⁹: ⁊ ẽ bonũ ad bonũ odorem faciendũ. Apoſtemata ⁊ bothor. Reſoluit apoſtemata ⁊ bothor. Membra capitis. Prohibet rheumatiſmos ⁊ cõfortat cerebrũ. Mẽbra oculi. Facit naſci pilos in palpebris qñ ponitur in alcofol ⁊ trahitur radi⁹ inuolutus in puluere ſup palpebras: ⁊ neridẽ ẽ fortior in hoc ſm ꝙ exiſtimo. Membra anhelit⁹ ⁊ pectoris. Confert tota tremoricordis ⁊ mũdificat pect⁹ ⁊ pulmonẽ ⁊ ꝓhibet effuſionẽ materierũ ad ea ⁊ fluxus. Mẽbra nutrimenti. Aperit opilationes epatis ⁊ ſtomachi ⁊ cõfortat ea ⁊ ꝯferũt oẽs icteritie ⁊ ꝓhibẽt effuſiões materierũ ad ſtomachũ ⁊ ſedant mordicationẽ eius ⁊ qñ bibit q̃cũq; ſpẽs ipſius fuerit cũ vino cõfert ſpleni. Mẽbra expulſionis. Oẽs ꝓuocãt ⁊ aliſphitia ẽ fortior qm̃ ẽ calidior ⁊ minoris ſtipticitatis ⁊ ꝓhibẽt apata matricis oia ſedẽdo in ea ⁊ confert dolorib⁹ renũ ⁊ prohibet curſũ materierũ ad inteſtina ⁊ habet ꝓprietatem in retinẽdo fluxũ ſupfluũ a matrice.

De ſauich Ca. dcxlix.

Auich quid eſt. Jam dictum eſt in capitulo tritici ⁊ ordei. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Confert pectori ⁊ pulmoni.

De ſiſamo Ca. dcl.

Siſamum qd ẽ. Eſt ſemẽ pluris vnctuoſitatis q̃ reliq̃ ſemina: ⁊ ꝓpt hoc rancidũ ſit facile. qdã aũt dixerũt ꝙ eius oleũ non cõfert niſi melãcolicis ut eos ipinguet ⁊ humectet: verũ ſimũ quidem ẽ gen⁹ quoddã ſiſami abhorabil ſaporis. Electio. Corp⁹ ei⁹ ẽ fortior oleo ipſius. Natura. Calidũ ẽ in medio ꝑmi: hũidũ in fine ei⁹. Operationes ⁊ ꝓprietates. Eſt glutinatiuũ lenificatiuũ eq̃lis calefactiõis: ⁊ ſilit oleũ ei⁹ ⁊ decoctio ipſius: ⁊ ẽ mollificatiuũ: ⁊ i oleo ei⁹ ẽ groſſitudo ⁊ qd torrefactũ ẽ minoris ẽ nocumẽti. Decoratio. Reſoluit viriditatẽ ꝑcuſſiõis ⁊ ſanguinẽ cõgelatũ ⁊ cõfert fiſſure ⁊ aſpitati melãcolicoꝝ bibitũ ⁊ linitũ: ⁊ ẽ ipinguatiuũ ⁊ ꝓpe excoriatũ ⁊ ꝓlõgat capillos ⁊ ꝓpe ſucc⁹ arboris ei⁹ ⁊ folioꝝ ipſi⁹ ⁊ lenit eos ⁊ remouet furfures: ⁊ oleũ eius quo decoqtur myrtus cõſeruat capillos ⁊ facit eos fortes ⁊ duros. Apoſtemata ⁊ bothor. Reſoluit apata calida. Vulnera ⁊ vlcera. Ponit ſup aduſtionẽ ignis: ⁊ oleũ ei⁹ bibitũ aufert pruritũ phyſicũ ⁊ ſanguinẽ ꝓpe cũ infuſione aloes ⁊ aq̃ vue paſſe. Inſtrumẽta iuncturarũ. Ex eo fit emplm̃ ad groſſitudinem neruoꝝ. Membra capitis. Cõfert oleũ eius cũ virtute roſe ſode aduſtiue: ⁊ ſucc⁹ arboris eius ſanat furfures. Membra oculi. Cõfert ſuppoſitũ pulſationi oculi ⁊ apati ei⁹. Mẽbra anhelit⁹ ⁊ pectoris. Eſt bonũ ꝯſtrictiõi anhelit⁹ ⁊ aſmati. Mẽbra nutrimẽti. Eſt malũ ſtomacho faciẽs nauſeã ꝓſternẽs deſideriũ faciẽs velocit: ſʒ qñ comedit cũ melle remouet ei⁹ malitia ⁊ iuuat ei⁹ digeſtio ⁊ mollificat viſcera: ⁊ qd torrefactũ ẽ ẽ minoris nocumẽti ⁊ ei⁹ nutrimẽtũ ẽ vnctuoſũ valde: ⁊ i ipſo ẽ virtus faciendi ſitim: ⁊ fit velox eius deſcẽſio cũ cortice ſuo. cũ aũt excorticat tardat ei⁹ deſcẽſus. Mẽbra expulſiõis. Cõfert inteſtino colõ: ⁊ infuſio qdẽ ſiſami ẽ vehemẽs i ꝓuocatiõe mẽſtruoꝝ adeo ꝙ ipſa eijcit fetũ ⁊ qñ frãgit ⁊ comedit cũ ſemine papaueris ⁊ ſemine lini cũ eq̃litate augmẽtat ſpma ⁊ coitũ. Venena. Cõfert morſui canis rabioſi ⁊ ſerpẽtis lẽticularis.

De ſacundulion Ca. dcli.

Acidulion. Apata ⁊ bothor. Ponit cũ ruta ſup formicã ⁊ ad fiſtulas. Mẽbra capitis. Suffumigat cũ eo patiens ſubet ⁊ ꝯpmẽdo inuigit ex ipſo cũ acetoſa hñs karabitũ ⁊ lethargiã ⁊ diſtillat ſucc⁹ hũidi i aurẽ ſanioſã ⁊ ꝯfert valde ſode. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Cõfert difficultati anhelit⁹ ⁊ aſmati. Membra nutrimenti. Cõfert radix ei⁹ dolorib⁹ epatis ⁊ ꝯfert icteritie. Membra expulſionis. Soluẽs educit phlegma ⁊ ꝯfert ſlocatiõi m̃ricis.

De ſafid Ca. dclij.

Afid. Natura. Calidũ ẽ ⁊ ſiccũ i tertio Operationes ⁊ ꝓꝑetates. Eſt mordicatiuũ acre. Venena. Cõfert venenis oib⁹

De ſemurion Ca. dcliij.

Emurion qd ẽ. Eſt apiũ ſilueſtre ⁊ iã dcm̃ ẽ de eo.

De ſquilla Ca. dcliiij.

Quilla qd ẽ. Eſt cepe muris: ⁊ ei⁹ folia ſũt ſicut folia lilij: ⁊ hʒ oleũ ad nigredinẽ declinãs. Natura. Eſt calidũ ⁊ ſiccũ i ſcd̃o. Opatiões ⁊ ꝓꝑetates. Eſt inciſiuũ ⁊ i ipſo ẽ viſcoſitas aduſtiua. Decoratio. Ponit ꝯfectũ cũ melle ſup alopitiã ⁊ ſerpiginẽ. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Si⁹ acetũ exaſpat guttur ⁊ indurat carnẽ ipſius ⁊ ẽ bonum aſmati ⁊ orꝫmoni ⁊ tuſſi antique.

De ſolatro Ca. dclv.

Olatri. Electio. Meli⁹ qd de ipſo administrat ẽ hñs folia viridia ⁊ citrinũ ſemẽ: ⁊ ẽ gnoꝝ ſpẽrũ. Natura. Frm ẽ in ꝑmo ſiccũ i ſcd̃o: ⁊ ſtupefactiuũ ẽ frm ⁊ ſiccũ i tertio. Operatiões ⁊ ꝓp. Dormitatiuũ ẽ inſtantiuũ ꝯſtrictiuũ: ⁊ ẽ qddã gen⁹ ipſius ſtupefactiuũ faciẽs ſõnũ ſicut opio in ꝓpetatib⁹ ſuis niſi q: ẽ debili⁹ eo: ⁊ ẽ qddã genus ei⁹ ꝙ ẽ mortale. Apata ⁊ bothor. Eſt emplm̃ bonũ ap atib⁹ calidis oib⁹ intriſecis ⁊ extriſecis: ⁊ bibit aq̃ ei⁹ ad apata calia intriſeca ⁊ ponit aq̃ ei⁹ cũ ceruſa ⁊ oleo roſ. ſup heriſipilã ⁊ formicã more ẽplr̃ ⁊ cortex radicis ei⁹ ẽ vehemẽtis exſiccatiõis. Mem. ca. Si bibat ex eo qd ẽ ſtupefactiuũ vltra. xij. gña facit euẽire maniã: ⁊ qñ ex aq̃ ei⁹ fit gãgariſma ꝯfert apati b⁹ ligue: ⁊ ſi bibat ex cõtice radicis põd⁹ auř. cũ vino attrahit ſõnũ. ⁊ cũ ſolatrũ optie terit: ⁊ fit ex eo emplm̃ capiti ſanat ſodã: ⁊ reſoluit apata radicis auris ⁊ apata velamiũ cerebri: ⁊ ꝯfert diſtillatũ dolori auri.



Mẽ. ocu. Sanat fiſtulas oculi lachrimal fruct⁹ ⁊ ſucc⁹ ſpẽrũ e⁹ vſq; ad illam q̃ facit ſomnũ: cũ fit ex ea alcofol ꝯfortat viſũ. Mẽ. ex. Semen ſtupefactiuum eſt prouocatiuum vrine renum ⁊ veſice omnes ſpẽs cũ ſupponũtur abſcindũt abſcindũt fluxum mẽſtruoꝝ ⁊ ẽ ex eis q̃ infrigidãt ⁊ ꝓhibẽt pollutionẽ. ⁊ ẽ ſpẽs ſolatri ꝑter alkekẽgi ⁊ ꝑter ꝯhortulanũ ⁊ ꝑter ſtupefactiuũ ꝑdictũ qñ comeduntur ex eo iiij. auř. interficiũt. ⁊ aq̃ folioꝝ ei⁹ facit poſſidẽ maniã ⁊ nõ ẽ in eo iuuamentũ ſolatri niſi ad emplaſtrũ faciendũ.

De ſcorpionib⁹. Ca. dclvi.

Corpiones. Mẽ. ca. Oleũ ſcorpionũ ꝯfert dolorib⁹ auris valde.

De ſudore. Ca. dclvij.

Udor qd ẽ. Eſt aqueitas ſanguis cui plus cholericũ ẽ admixtũ: ⁊ oportʒ vt adminiſtret dũ nodũ ẽ exſiccat⁹: imo dũ in eo ẽ hũiditas: ⁊ ipſe qdẽ magis ẽ digeſt⁹ q̃ vrina ẽ eni ſupfluitas vnctuoſitatũ ⁊ hũiditatis poſt digeſtionẽ vltimã ⁊ ẽ vrina ſcd̃e digeſtiõis ſupfluitas. Opa. ⁊ ꝓ. Eſt magis digeſt⁹ q̃ vrina ⁊ diuerſificat ſm aſalia ⁊ in ipſo ẽ reſolutio nõ pauca. Apoſtemata ⁊ bothor. Sudor athletarũ ꝯfert apatib⁹ inguinis imo reſoluit ea. Mẽ. an. ⁊ pe. Sudor ſicc⁹ luctantiũ cũ oleo de alcãna ponit ſup apata mãmille ⁊ reſoluit ea: ⁊ cũ oleo ro. ad ꝯgelatõꝫ lactis i mãmilla. alteratio do magne ⁊ alteratio que fiunt cũ centaurea maiore ⁊ minore.

De Sandalo. Ca. dclviij.

Andalus. Elec. Dixerũt. S. ⁊ fili⁹ me ſangue rube⁹ ẽ fortior: ⁊ dixerũt alij alb⁹ ẽ fortior. Natura. Eſt frigid⁹ in fine ſecũdi vſq; ad tertiũ ꝑueniẽs ſicc⁹ in ſecũdo. Opa. ⁊ ꝓ. Prohibet attractionẽ ⁊ ꝓpe rube⁹. Apo. ⁊ bot. Reſoluit apoſtemata acuta ⁊ ꝓpe rube⁹ ⁊ linit ex eo heriſipila. Mẽ. ca. Cõfert ſode. Mẽ. an. ⁊ pe. Cõfert tremori cordis acciditi in febre linit⁹ ⁊ bibit⁹. Mẽ. nu. Cõfert debilitati ſtõi calli bibit⁹ ⁊ linit⁹. Febres. Cõfert febrib⁹ calis ⁊ ꝓpe alb⁹.

De Sapone. Ca. dclix.

Apo. Opa. ⁊ ꝓ. Eſt vlceratiu⁹ putrefactiu⁹. Mẽ. ex. Reſoluit colicã ⁊ ſoluit humorẽ crudum.

De Sahane. Ca. dclx.

Ahane. Opa. ⁊ ꝓ. Eſt abſterſiuũ exſiccatiuũ mali hũoris. Vul. ⁊ vl. Fac poſſidẽ ſcabiẽ ⁊ pruritũ. Inſtrumenta iuncturarũ. Cõfert dolori anche phyſico. Membra capitis. Remouet fetorẽ oris factũ ex ſtõ ⁊ corruptõꝫ ei⁹ ⁊ abſtergit hũiditatẽ ſtõi ⁊ exſiccat eũ.

De Safurubũ. Ca. dclxi.

Afurubũ qd ẽ. Eſt rauis c⁹ nomẽ ẽ hoc nomẽ in frantia.

De Sarſar. Ca. dclxij.

Arſar qd ẽ. Eſt ferꝫ. Mẽ. ca. Qñ cogl cũ oleo aut infũdit i ipſo deĩn cogl ⁊ diſtillat i aurẽ remouet dolorẽ ei⁹ ⁊ pulſatõꝫ ipſi⁹.

De ſalal. Ca. dclxiij.

Alal qd ẽ. Eſt ſalix.

De Sakalk. Ca. dclxiiij.

Akalk qd ẽ. Voiat ſakalk anchamẽ ⁊ ẽ roſa rubea vehement. Natura. Eſt calida in ſecũdo hũida in ipſo. Opatiões ⁊ ꝓpetates. Eſt abſterſiuus reſolutiua. Inq̃t Gal. ẽ abſterſiua lauatiua attractiua apitiua reſolutiua. Decoratio. Denigrat capillos mixta cũ corticib⁹ nucis ⁊ qñ adminiſtrant folia ei⁹ ⁊ ſtipites ipſi⁹ ſicut ſũt aut decocta cũ ſorbitiõe ordei ⁊ decoquitur ꝓuocãt lac. Apoſtemata ⁊ bothor. Linitur ex decoctiõe ei⁹ ſup apata q̃ nõ ſũt dura ⁊ fit enaciatio ꝑ eã ſup carbũculos ⁊ bothor calas. Vulne. ⁊ vl. Illud qd ſiccum eſt ꝯfert vlcerib⁹ ſordidis ⁊ incarnat ea ex excoriatõe ⁊ in ipſa mũdificat vlcera ꝯferẽs excoriatiõibus ⁊ ſcabiei vlceroſe. Mẽ. ca. De ei⁹ ſucco fit caputpurgium ad purgãdũ caput ⁊ cerebꝫ: ⁊ ei⁹ radix maſticat ad extrahẽdas hũiditates a capite. Mẽ. ocu. Succ⁹ eius ꝯfert tenebroſitati oculi ⁊ viſus ⁊ albugini ei⁹ ⁊ veſtigijs vlceruꝫ. ⁊ qñ decogt cũ vino ⁊ fit inde emplaſtꝫ ſanat apata dura in aſpetibus oculi. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Si coq̃nt folia ei⁹ cũ ſuis ſtipitib⁹ ⁊ cũ ſuccis ordei ſorbilib⁹ ⁊ comedat: facit abũdare lac. Membra expulſionis. Prouocat menſtrua.

De Sehedenigi. Ca. dclxv.

Ehedenigi qd ẽ. Eſt ſemen arboris canabis. ⁊ nos quidem iam locuti fuim⁹ de canabe: oportet ergo vt cõiungam⁹ inter cõſiderationẽ que eſt in vtriſq; capitulis ſimul. ⁊ de ſehedenigi quidem aliud eſt hortulanũ notũ: ⁊ aliud eſt campeſtre. Dumaꝫ vero dixit ꝙ arbor cãpeſtris egredit in deſertis ſm q̃ntitatẽ cubiti: ⁊ ſup folia ei⁹ dñatur albedo: ⁊ ei⁹ fruct⁹ ẽ ſicut pip ⁊ ſilat ei⁹ granũ grano aſſimati qd eſt granũ de quo exprimitur oleũ. ⁊ nos iam locuti fuim⁹ de grano aſſimati. Natura. Eſt calidũ ⁊ ſiccũ in tertio. Opa. ⁊ ꝓ. Canabis campeſtris reſoluit ventoſitates ⁊ exſiccat fortiter ⁊ humor eius eſt paucus malus. Apoſtemata ⁊ bothor. Canabis campeſtris qñ ei⁹ radix decoquitur ⁊ fit ex ea emplaſtrũ apoſtematibus calidis in locis duris in quibus ſũt chimi viſcoſi ſedat caliditatẽ ⁊ reſoluit duritiem. Mẽbra ca. Facit ſodã ſua caliditate ⁊ eius ſuccus diſtillat ad dolorẽ auris opilatiuũ ⁊ ad humiditatẽ auris ⁊ ſimiliter oleum eius: ⁊ folia eius eradicãt furfures in capite. Membra oculi. Obtenebrat viſum. Membra nutrimenti. Nocet ſtomacho. Mẽbra expulſionis. Exſiccat ſperma: ⁊ lac quidem aſſehedenigi campeſtris ſoluit cum facilitate: ⁊ media libř. de ſucco eius reſoluit duritiem conſtrictionem ⁊ ſolutione educit phlegmata ⁊ choleram ⁊ procedit ſm ſemitam ſeminis croci hortulani in conſtrictione.

De Seiteragi. Ca. dclxvi.

Eiteragi qd eſt. Eſt ille q ẽ ind⁹ ẽ fruſta ligni pua ſubtilia ⁊ cortices ſic gariofili. ⁊ illeq eſt fruct⁹ declĩat ad rubedinẽ ⁊ nigredinẽ. ⁊ alſeitaragi qdẽ orit i ꝑtib⁹ antiq̃s ⁊ vbi nõ mingit ⁊ hꝫ folia ſicut ſũt folia naſturtij. ⁊ leſtare ſũt folia plima ⁊ minora

⁊ augmentaꝛ minoꝛatio adeo ut foꝛſitan nõ appeat ⁊ non ſit in eo odoꝛ ⁊ eſt ſicut naſturtiuꝫ cuius ſapoꝛ ⁊ odoꝛ ſiſani coꝛdumeni ⁊ folia eius ſũt ipſi ſimilia. Natura. Eſt calidus ⁊ ſiccus in fine ſcdi. Operatões ⁊ ꝓpꝛietates. Eſt acut⁹ apiũnus: ſilꝛ eniꝫ ſapoꝛ ⁊ odoꝛ: coꝛdumeni ⁊ ſilr virtus eius. Decoꝛa.

Cõfert linitus cũ aceto ſup moꝛpheã albã ⁊ albaras. Uulnera ⁊ vlcera. Liniꝛ ſup excoꝛiatõem ⁊ ſcabiem cũ aceto ⁊ eradicat eã. Inſtrumẽta iũctu. raꝝ. Bibiꝛ ad doloꝛẽ iũcturaꝝ ⁊ ꝯfert. Mẽbꝛa nutri. Liniꝛ ſup ſplenẽ ⁊ extenuat ipſm. Membꝛa expul. Suſpẽdiꝛ eius radix ſup aurẽ eius qui habet doloꝛẽ veſice ⁊ ſedat ipſm ſm ꝙ dicit. Permutatio. Loco eius ponitur rubea.

De ſcelem. Capitulum .d.clxvij.

Celem. Natura. Sal. ponit ꝙ eſt in pꝛĩcipio calefactõis. Opatio. ⁊ ꝓpꝛia. Eſt ſubtile abſterſiuũ reſolutiuũ. Decoꝛatio. Liniꝛ ſup moꝛpheam cũ ſulfure ⁊ ꝯfert. Apoſtemata ⁊ bothoꝛ. Reſoluit apata ⁊ ſcrofulas cũ ſemine lini ⁊ diſrũpit ea cũ ſtercoꝛe colũbino ⁊ ſemine lini. Uulnera ⁊ vlcera. Liniꝛ illud qḋ oꝛiꝛ cũ tritico ſup vlcera ⁊ puluerizaꝛ ſup ea ⁊ ꝯfert ⁊ liniꝛ ſuper impetiginẽ. ⁊ qñqꝫ poniꝛ ſup vlcera cũ coꝛticib⁹ raphani ut emplm ⁊ ꝯfert. Inſtrumẽta iũcturaꝝ.

Decoqꝛ cũ mellicrato ⁊ fit inde emplm ſciatice. Membꝛa capi. Sedat ſcotomiã. Mẽbꝛa ex.

Quãdo fit ex eo euapoꝛatio adiuuat ad ipꝛegnãdum ⁊ ꝓpꝛie cum oꝛdeo.

De ſcecha. Capitulum .d.clxviij.

Cecha qd eſt. Secha ſũt due ſpẽs: vna eaꝝ eſt ſpinoſa habens folia ſedꝛeia ꝯcauũꝫ ligniũ ⁊ nõ adminiſtraꝛ niſi in ſuffumigatione ⁊ alia habet folia ut tamariſcus: ⁊ repiꝛ ei ſpẽs tertia que noiaꝛ ſbũ armena citrina ⁊ noiaꝛ abſynthiũ marinũ. Electio. Melioꝛ eſt armena. Natura.

Eſt calida in ſcḋo ſicca in 3°. Opatio. ⁊ ꝓpꝛie. Omnes ſpẽs ei⁹ ſũt incaſiue reſolutiue vẽtoſitatũ et in ipſa eſt ſtipticitas minoꝛ ſtipticitate abſynthij: ⁊ ei⁹ calefactio minor ẽ caliꝺitate ipſius ⁊ amaritudo ẽ maioꝛ ⁊ in ipſa eſt ſalſedo. Deco. Ei⁹ cinis cũ oleo aut oleo amigdalino linit⁹ ꝯfert alopitie: ⁊ ei⁹ cinis cũ oleo facit naſci barbã q̃ tardaꝛ. Apata ⁊ bo. Sedat apata ⁊ carbũculos. Uulnera ⁊ vl. Pꝛohibet herpetẽ eſtiomenũ. Membꝛa capi. Facit ſoda. Membꝛa ocu. Fit vapoꝛatio ex aq̃ ei⁹ inclinãdo caput ad opthalmiã ⁊ reſoluit eã. Membꝛa an. ⁊ pectoꝛis. Cõfert difficultati anhelitus. Mẽbꝛa nutrimẽti. Nocet ſtõ ⁊ ꝓpꝛie tertia. Membꝛa ex. Extrahit vmes ⁊ aſcarides ⁊ interficit eos ⁊ ꝓuocat mẽſtrua ⁊ vrinaꝫ ⁊ eſt foꝛtioꝛ abſynthio i vno. Febꝛes. Et eius oleũ ꝯfert frigoꝛi rigoꝛis.

Uenena. Cõfert pũcture ſcoꝛpionum ⁊ tutele ⁊ venenis. De ſcimiar. Capitulũ .d.clxix.

Cimiar qd eſt. Eſt lactuca aſini hñs folia que ſũt ſicꝫ folia lactuce acuta: ⁊ eſt ſpinoſa ad nigredinẽ declinãs: ⁊ in eſtate rubeſit ei⁹ lignũ ſicut ſãguis ita ꝙ tingit manũ. Electio. Folia eius ſũt debilioꝛa que ſunt in ipſa: Natura. Fra ẽ ⁊ ſicca in pmo vſqꝫ ad ſcḋm. Opatio. ⁊ pꝛopꝛie. Illa q̃ noiaꝛ acuthia ẽ ſtiptica ⁊ in ipſa ẽ amaritudo. ⁊ illa q̃ noiaꝛ ſuluſia eſt vehemẽtioꝛis ſtipticitatis: ⁊ illa que noiaꝛ anulus vehementioꝛis eſt q̃ ille ⁊ eſt acrioꝛ: ⁊ illa q̃ nomẽ non habet ꝓpinq̃ ẽ ei ⁊ in omnib⁹ eis eſt ſtipticitas ⁊ exiccatio ⁊ qñ miſcetur cũ oleo ⁊ fit iunctio ex ipſa ꝯpmẽdo facit ſudare.

Deco. Linita ꝯfert moꝛphee ⁊ icteritie. Apata ⁊ bothoꝛ. Fit ex ea emplm ſcrofulis cũ adipe et liniꝛ ſup excoꝛiatõem ⁊ cũ farina oꝛdei ſup heriſipilam ⁊ pꝛopꝛie ſpecies que nominatur anulus. Uulnera ⁊ vlcera. Incarnat vlcera quando in cerato adminiſtratur. Membꝛa capitis. Eſt res que magis confert doloꝛi auris. Membꝛa nutrimenti. Confert icteritie bibita pꝛopꝛie acuthia ⁊ pꝛopꝛie doloꝛibus ſplenis ⁊ coꝛtices eius pꝛeparant ſtomachum. Membꝛa expulſionis. Quando in potu datur de ea que nomen nõ habet aureus .i.ʒ. cum coꝛdumeni aut iſopo ⁊ naſturtio extrahit vermes ⁊ aſcarides: ⁊ illa que nominaꝛ acuthia confert doloꝛi renuꝫ. Uenena. Illa que nominaꝛ anulus confert moꝛſui vipere valde quando adminiſtraꝛ ut emplaſtꝝ ⁊ bibita: ⁊ illa que nomen non habet eſt illi pꝛopinqua.

De ſcel. Capitulũ .d.clxx.

Cel quid eſt. Eſt medicina inda ſimilis .ʒʒ. Natura. Calida ẽ. ⁊ ſicca in 3°. Opatões ⁊ ꝓpꝛietates. Eſt amara ſtiptica acuta diſrumpit ventoſitates ⁊ eſt in virtute mellis ⁊ ei eſt reſolutio mirabilꝛ ⁊ ſubtiliatio. Inſtrumẽta iũcturaꝝ. Confert venenis ꝯtritõibus.

De ſucaram. Capitulũ .d.clxxi.

Ucarã qd ẽ. Ingt Dia. Crus hui⁹ plante ẽ ſicꝫ crus ferule ⁊ folia ei⁹ ſũt ſicꝫ folia cucumẽis ⁊ hꝫ floꝛẽ albũ ⁊ ſem ſicꝫ aniſũ. ruffus vo dixit folia ei⁹ ſũt ſicꝫ folia mãdragoꝛe ⁊ minoꝛa ⁊ vehemẽtioꝛis ciſnitatis ⁊ radix ei⁹ ẽ minuta fructũ ñ hñs: ⁊ ſemẽ ei⁹ exiſtit i coloꝛe ameos: ſꝫ ẽ mai⁹ eo ſine ſapoꝛe ⁊ ſine odoꝛe ⁊ habet mucilaginem. Ingt meſaia. ẽ q̃dam ſpẽs albes ⁊ nõ bñ dixit: ego aũt dico ꝙ i libꝛis iuẽtũ fuit ꝙ ẽ euſoꝛbiũ in greco ⁊ trãſlatũ fuit ʒuccarã ⁊ iã trãſlatũ fuit albes: ⁊ qñqꝫ .n. pꝛopoꝛcionãꝛ ad euſoꝛbũ accñtia abiles ⁊ hoies diuerſificãꝛ in eis. Natu. Frm ẽ ⁊ ſiccũ in 3° uſqꝫ ad q̃rtũ. Operatio. ⁊ ꝓpꝛia. Pꝛohibet fluxũ ⁊ cõgelat ſãguinẽ ⁊ ſtupefacit. Deco. Qñ liniꝛ ex eo ſup locũ euulſionis piloꝝ ꝓhibꝫ ſfritare ſua naſci pilos ⁊ fit ex eo emplm mãmille ⁊ non magnificaꝛ. Apoſtemata ⁊ bothoꝛ. Succus eius ſedat heriſipilaꝫ ⁊ foꝛmicaꝫ. Inſtrumenta iũcturaꝝ. Liniꝛ ſup podograꝫ calidam. Membꝛa ocul. Succus eius adminiſtratur in doloꝛibus oculi. Mẽbꝛa capitis. Succ⁹ ei⁹ ẽ bonus hũiditatibus q̃ accñt in aure. Membꝛa anhelitus ⁊ pecto. Fit ex ea emplm mãmille ⁊ ñ magnificaꝛ ⁊ ꝓhibet exuberatiõnẽ. Mẽbꝛa ex. Retinet mẽſtrua ⁊ cõfert doloꝛi matricũ: ⁊ fit ex eo emplm teſticulo ⁊ nõ magnifi. cat: ⁊ inungitur ex eo mẽbꝛa ſpẽrmatis: ⁊ ꝓhibet pollutionẽ. Uenena. Eſt venenũ moꝛtale. ⁊ ei⁹ cura ẽ vinũ purũ.

De ſecacul Ca. dclxxij.

Secacul. Natura. Eſt calidũ in ſcḋo ad hũiditatẽ quidã tẽdẽs: Operationes ⁊ pꝛopꝛietates. In ipſo ẽ lenitas ⁊ vt⁹ ei⁹ qḋ nutrimẽ ẽ ẽ ſicut vtus baucie. Mẽbꝛa expulſionis. Excitat appetitũ coitus. Permutatio. Loco eius ponitur buzeiden.

De ſcehemenigi Ca. dclxxiij.

Cehemenigi qd ẽ. Eſt turaſabꝛã cãpeſtre. Natura. Calidũ ẽ ⁊ ſiccũ i tertio. Operationes ⁊ pꝛopꝛietates. Eſt reſolutiuũ ⁊ ſubtiliatiuũ valde: ⁊ qñ poniꝛ ſub ceruicali infãtiũ ꝯfert ſtuoꝛi oꝛis eoꝝ. Inſtrumẽta iũcturaꝝ. Cõfert paꝛlyſi linitũ ⁊ caputpurgio ex eo facto cũ vino. Mẽbꝛa capitis. Qñ fit caputpurgiũ ex aq̃ ei⁹ mũdificat cerebꝝ ⁊ ꝯfert etiã toꝛture ⁊ epilepſie bibitũ cũ vino. Mẽbꝛa nutrimẽti. Cõfert hũiditatibus ſtomachi ⁊ ſtuoꝛi oꝛis infãtiũ qñ poniꝛ ſup capita eoꝝ ſm ꝙ exiſtimarunt q̃dam: Membꝛa expulſionis. Cõfert ventoſitatibus.

De ſuchaba Ca. dclxxiiij.

Uchaba. Mẽbꝛa capitl. Cõferũt ipſa ⁊ radix eius ⁊ fructus ipſius doloꝛi vue. Membꝛa nutrimenti. Cõfert ſtomacho ⁊ epati. Mẽbꝛa expulſionis. Decoctio radicis eius ꝓhibet fluxũ mulierũ ⁊ ipſa ſuppoſita ⁊ encatiſmate facto in ea ꝯfert apatibus ani. Febꝛes. Cõfert febꝛibus antiquis ⁊ ꝓpꝛie infantiũ.

De ſcebꝛã Ca. dclxxv.

Cebꝛa quidẽ. Oꝛiꝛ in hoꝛtis hñs cãnã ſubtilẽ eq̃lẽ: ⁊ hꝫ pilos: ⁊ folia ſũt ſicꝫ tarcõ ſm ꝙ exiſtimo ⁊ hꝫ lac. Electio. Illud q̄ḋ meli⁹ ẽ eſt leue ad rubedinẽ declinãs ſicꝫ cutis inuoluta ſubtilẽ hñs coꝛticẽ: ⁊ illud qḋ ẽ cũ duab⁹ cãnis ⁊ ẽ leuis carnis ⁊ groſſũ pꝛe rubedinis ⁊ duruꝫ: ⁊ qḋ ẽ ut ſitũ ẽ malũ ⁊ pſicũ ẽ malũ: ⁊ non oꝫ ut aliqd de eo adminiſtreꝛ. Natura. Ingt humai: ẽ calidum in pꝛincipio ſcḋi: ſiccũ in fine tertij. lac vo ei⁹ ẽ vltimũ in ambob⁹ ſilꝛ imo i q̃rto gdu. Operationes ⁊ pꝛopꝛietates. In ipſo ſũt ſtipticitas ⁊ acuitas ⁊ diſruptio oꝛificioꝝ venaꝝ ⁊ illud ẽ vnũ ꝓpꝛ qḋ repelliꝛ: et qñ rectificaꝛ nõ ẽ iuuamẽtũ i eo i ſuo loco ꝓpꝛ illud qḋ diximus ⁊ ẽ ex eo toto nocuũ ⁊ ꝓpꝛie ꝯplonib⁹ calidis. Mẽbꝛa capitis. Lac ei⁹ adiuuat in eradicando dẽtes. Mẽbꝛa nutrimenti. Nocet ſtõ et epati ⁊ daꝛ ad bibẽdũ in curatiõe hydꝛopiſis. ⁊ oꝫ q̃dẽ ut pꝛius infũdaꝛ i ſucco endiuie ⁊ feniculi ⁊ ſolatri trib⁹ dieb⁹: deide exiccet ⁊ fiãt inde trociſci cum modico ſal indi ⁊ turbit ⁊ myrrobala. aut aloes ⁊ erit foꝛtis iuuamẽti. Mẽbꝛa expulſionis. Solutiõe educit melãcoliã ⁊ phlã ⁊ aquã. ⁊ antiqt⁹ q̃dem fuit ei⁹ adminiſtratio ꝯſueta in ſolutiuis: deinde fuit dimiſſũ ꝓpterea qꝛ nocet coitui ⁊ ſpermati ⁊ qꝛ diſrũpit venas ani. ⁊ qñ rectificaꝛ nõ ẽ iuuamẽtũ in ipſo: ⁊ illud iõ qm eius rectificatio fit hoc mõ: infũdiꝛ nõ ꝯtritũ in lacte recẽter mulcto die ⁊ nocte ⁊ renouaꝛ illud multotiẽs ⁊ illud ẽ ex eis q̃ debilitãt ipſꝫ ⁊ deſtruũt opationẽ ei⁹ i hũoꝛib⁹ maꝛ. Qui vo excuſatõnẽ nõ inuenit qn ipſo vtaꝛ pmiſceat ipſi aniſũ ⁊ feniculũ ⁊ cyminuꝫ: ⁊ qḋ de eo in potu ſumiꝛ ſit ab vno danich vſqꝫ ad q̃tuoꝛ: ⁊ h̃ qdẽ de herba eius: in lacte vo ipſi⁹ nõ ẽ bonitas: ⁊ nõ vꝛ mihi ꝙ ſit in potu dãdũ: ⁊ cũ ei⁹ ſolutio ſupfluit ex eis q̃ ipſaꝫ abſcindũt ẽ ſedere i aq̃ frã: ⁊ qñ in potu daꝛ colice bibitur cũ ãmoniaco ⁊ bdellio ⁊ ſerapino ⁊ modico ſtercoꝛis adſb narrato in caplo colice. Febꝛes. Repelliꝛ ꝓpterea qꝛ gnãt febꝛes. Uenena. Põd⁹ ʒ.ij. de ea interficit.

De ſceigen Ca. dclxxvi.

Ceigen qd ẽ. Eſt nap⁹ q iã dict⁹ ẽ aũ i cap. de lem.

De ſcerbin Ca. dclxxvij.

Cerbin qd ẽ. Eſt arboꝛ alkitran: ⁊ nos q̃dã iã locuti ſum⁹ de alkitrã. Nũc vo narremus opatiões q̃ ſũt ꝓpꝛie arboꝛi ipſius: ⁊ hec q̃dẽ arboꝛ ẽ de gnẽ arboꝛis pini ⁊ hꝫ fructũ ſimilẽ fructui cupꝛeſſi: ſed ẽ minoꝛ eo ⁊ hꝫ ſpinas: ⁊ ẽ duarum ſpẽrũ: quarũ vna ẽ longa: ⁊ altera curta. Operatiões ⁊ ꝓpꝛietates. In coꝛtice hui⁹ arboꝛis ẽ ſtipticitas. Mẽbꝛa capitis Si qs de fructu h⁹ arboꝛis plimũ aſſumit facit ſodã ꝓpꝛ calefactioneꝫ ⁊ ꝓpterea qꝛ cõicat ſtomacho i moꝛdicatiõe quã ei facit: ⁊ qñ colluit os ex aceto in q̃ decoquuntur folia ei⁹ ſedat doloꝛẽ dẽtiuꝫ. Membꝛa anhelitus ⁊ pectoꝛis. Fruct⁹ eius ꝯfert tuſſi. Membꝛa nutrimenti. Fruct⁹ ei⁹ ẽ malus ſtomacho moꝛdicans ipſm. ſed ipſe ꝯfert epati. Membꝛa expulſionis. Ei⁹ fruct⁹ ꝯfert diſtillatiõi vrine: ⁊ ſi bibaꝛ cũ vipe ꝓuocat vrinã: ⁊ qñ ex coꝛtice ei⁹ fit ſuffumigatio extbit fetũ ⁊ ſecũdinã: ⁊ qñ bibiꝛ ſtringit vẽtrẽ: ⁊ qñqꝫ ſtringit vrinã. Uenena. Datur in potu fruct⁹ eius cũ vino ad potũ lepoꝛis marini. ⁊ ſi miſceaꝛ cũ adipe cerui ⁊ inungatur ex eo coꝛpus nõ appꝛoximant ei vermes venenoſi.

De ſcenefchic Ca. dclxxviij.

Cenefchic qd ẽ. Eſt ſilꝛ abꝛotano i vtute. Natura. Eſt calidũ ⁊ ſiccum in ſcḋo. Mẽbꝛa capitis. Cõfert epilepſie: ⁊ abſcidit fluoꝛẽ ſaliue currẽtis ⁊ ꝓpꝛie ex oꝛibus pueroꝝ. Permutatio. Loco ei⁹ in iuuamẽto qḋ fit epilepſie ⁊ alijs poniꝛ ſãſucus.

De ſincudo Ca. dclxxix.

Ucudus. Natura. Uirtus eius ẽ calida. Opationes ⁊ pꝛopꝛietates. Bibiꝛ ei⁹ ſucc⁹ ad doloꝛes. Decoꝛatio. Recẽs cũ vino liniꝛ ſup moꝛpheã. Uulnera ⁊ vlcera. Facit coherere vlcera antiq̃ ⁊ puluerizaꝛ ſup carnẽ additã. Inſtrumẽta iũcturaꝝ. Liniꝛ cũ aceto ſuper podagram: ⁊ fit ex eo ceratum ad doloꝛẽ doꝛſi.

Mẽbꝛa anhelitus ⁊ pectoꝛis. Fiant ex eo cum dulcibus bucelle ad tuſſim. Membꝛa nutrimenti. Bibũtur ex eo. ʒ.ij. cũ hydꝛomelle ad moꝛdicatione ſtomachi. Mẽbꝛa expul. Due .ʒ. cuꝫ hydꝛomelle valẽt ad dyſẽteriã ⁊ difficultati vrine: ⁊ cũ mulier ſubijcit ſibi ipſũ ꝓuocat mẽſtrua.

De ſpina alba. Capitulum. d. clxxx.

Spina alba qd eſt. Bedeoard. Natura. Frigida ē ꝛ ſicca in primo. Inſtrumenta iũcturaꝝ. Eius decoctio ↄfert inſtrumentis iũcturaꝝ ꝛ podagre. Membra nutri. Confert mollificationi ſtomachi.

De ſpina indica. Capitulum. d. clxxxi.

Spina indica. Natura. Eſt calida. Opatio. ꝛ ppeta. Eſt ſubtiliatiua reſolutiua. Inſtru. iũcturaꝝ. Cōfert alcuzez Membra capi. Colluit os ex decoctiōe eius ad dolorez molariū. Membra anheli. ꝛ pectoris. Confert ſputo ſanguinis.

De ſpina egyptia. Capitulū. d. clxxxij.

Spina egyptia: Natura. Eſt frā in primo ſicca in ſcdo. Opationeſ ꝛ pprieta. Eſt abſterſiua abſcindēs catarros. Uulnera ꝛ vlcera. Radix eius ꝛ ppue ſemē vehementius ſūt ↄſolidatōis. Membra an. ꝛ pecto. Confert apoſtemati gutturis. Membra nutrimenti. Confert apoſtemati ſtomachi.

De ſynapi. Capitulum. d. clxxxiij.

Synapis. Natura. Calida eſt ꝛ ſicca vſqȝ ad q̄rtū. Opatiōes ꝛ pprieta. Incidit phlā ꝛ oleū eiꝰ eſt calidius oleo raphani. ꝛ fugiunt ex fumo eius ōmes venenoſi. ꝛ illa q̄ ē ſilueſtris generat hūorē malū ꝛ in ipa ſūt abſterſio ꝛ reſolo: ꝛ qđ hoies cōedūt folia eiꝰ ꝛ radicē ipiꝰ ꝛ elixata Decoratio. Mūdificat faciē ꝛ auffert occulatōez ꝛ veſtigia ſanguis mortui. ꝛ ſilueſtris eſt emplm bonū fortitici ꝛ exiccat linguā ꝛ ↄfert alopetie. Apoſtemata ꝛ bothor. Reſoluit aþata calida ꝛ oē aþa antiquū ꝛ ponit cū caulibꝰ ſup ſcrofulas. Uulnera ꝛ vlcera. Cōfert ſcabiei ꝛ ipetigini. Inſtru. iũctu. Cōfert dolori iũcturaꝝ ꝛ ſciatice. Mēbra capi. Mūdificat hūiditates que ſūt in capite ꝛ fit ex ea emplm capiti eiꝰ q patit lethargiā: ꝛ aq̄ eius diſtillet ad omnē dolorē auris ꝛ molaris ꝛ ſilr eiꝰ oleū ꝛ ppue qñ decoquit in ea aſſa: ꝛ ē de medicis apientibꝰ colatorij opilationē: ꝛ dixerunt qđ ꝙ ſi bibat a ieiuno itellectū efficit bonū. Membra ocu. Adminiſtrat in alcofol ocuř ad pānū ꝛ aſpitatē. Mēbra anhelitus ꝛ pectoris. Si terat ꝛ bibat cū aq̄ mellis aufert aſpitatē antiquā in cāna pulmonis. Membra nutrimēti. Extenuat ſplenē ꝛ fač ſitim. Mēbra expulſio. Cōfert ꝑfocatōi matricis ꝛ fač deſideriū coitus. Febres. Confert febribus periodicis antiquis

De ſträgulatore adib. Capitulū. d. clxxxiiij.

Trangulator adib qd eſt. Pfocat adib ꝛ porcos ꝛ canes ꝛ ē ꝑfocatiuus ꝛ non adminiſtratur interius neqȝ exterius.

De ſtrangulatore leopdi. Capitulū. d. clxxxv.

Trangulator leopdi quid ē. Suffocat leopardos ꝛ linces ꝛ reliqua: ꝛ nō adminiſtrat intus neqȝ extra: ꝛ dicit ꝙ quando approꝑinquat ſcorpioni ↄgelat eam. Uenena. Ipſe interficit adib: ꝛ iam dictū ē de eo.

De ſalice. Capitulum. d. clxxxvi.

Salix qd ē. Qñqȝ egredit ex folijs eiꝰ qñqȝ ſindunt gūmia fortis. Operationes ꝛ pprietates. Fructus ꝛ folia eius ſūt ſtiptica ſine mordicatōe: ꝛ ē in eis exiccatio ſufficiēs. Et cinis eius ē vehemētis exiccatōis: ꝛ qñ ex eo fit emplaſtꝝ retinet fluxū ſanguinis: ꝛ qñqȝ ſindunt folia eiꝰ ꝛ egredit gūmia ab ea vehemēs abſtēſionis ſubtiliatia. Decoratio. Eius cinis eradicat verrucas linitus cū aceto. Uulnera ꝛ vlcera. Fit ex eo emplaſtꝝ ad vulnera magna ꝛ ppē ex fructu eius ꝛ folijs eiꝰ ꝛ cinis eiꝰ remouet formicā qñ linit cū ea cū aceto. Membra capitis. Qđ ē eius ſupius ꝛ aq̄ eius ſūt ſedātia ſoda: ꝛ nō ē aliqđ magis vtilius q̄ſ ſuccus folioꝝ eius in cura ſanici q̄ currit ex aure. Membra oculi. Ponunt fructus ꝛ aqua eiꝰ ſup ꝑcuſſionē pupille: ꝛ eius gūmia ↄfert valde viſui debili. Membra nutrimenti. Aq̄ eiꝰ ↄfert opilationi epatis ꝛ ictericie. Mēbra expulſionis. Fructus eius confert hūtibus fluxum ſanguinis.

De ſcarabeo. Capitulū. d. clxxxvij.

Carabeus. Membra capitis. Oleū in quo frigit valet ad dolorē auris qñ in eaȝ effundit: ꝛ ſimilit corpus eius quod optime contritum eſt.

De ſcoria. Capi. d. clxxxviij.

Coria. Electio. Scoria fortioris exiccatōis eſt ſcoria ferri. Natura. Scoria ferri eſt ſicca in 3ꝰ: ꝛ ſcoria eris ē ei ꝓpinq̄ reliquē vero ſcorie ſunt minus calide. Operationes ꝛ pprietates. Omnes ſūt exiccatiue: ꝛ que fortioris eſt exiccatōis eis oibus eſt ſcoria ferri: ꝛ omnes exiccant hūitates. Apoſtemata ꝛ bothor. Scoria ferri reſoluit apoſtemata calida. Uulnera ꝛ vlcera. Scoria argēti cōfert ſcabiei ꝛ ſahafati ꝛ conſolidat vlcera ꝛ ꝓhibet fluxū hemorroidaꝝ ꝛ fiſtulaꝝ. Membra oculi. Scoria ferri confert aſperitati palpebraꝝ: ꝛ ſcoria ſtāni cōfert vlceribꝰ oculi ꝛ in hoc loco merdaſengi. Membra nutrimenti. Scoria ferri ↄfortat ſtomachū ꝛ exiccat ſupfluitates eius ꝛ remouet mollificatōez eius qñ in potu dat in vino antiquo aut bibit cū vino. Membra expulſionis. Scoria ferri ꝓhibet fluxū hemorroidaꝝ ꝛ ppue qñ ſedet in vino antiquo ei admixto: et ꝓhibet impꝰgnationē ꝛ abſcindit fluxū ſāguinis mēſtrui ꝛ eſt in eo vtilitas ꝛ ſilr in vrina: ꝛ coartat anū linita. Uenena. Scoria ferri cū oxymelle confert nocumēto medicine que nominatur conitum.

Capitulū de lrā. T. De tri. Capi. d. clxxxix.

Tri qd eſt. Eſt ſicut corrigie factū ex azymo qđ cogit in aq̄ cū carne ꝛ ſine carne ꝛ noiat in terra noſtra ruſnc. Natura. Eſt calidū ꝛ hūiditas eius ē ſupflua. Opationes ꝛ pprietates. Nō eſt dubiū qn ſit tarde digeſtionis ꝛ deſcēſionis a ſtomacho: qñ eſt azymū nō fermentatū ꝛ coctū ſine carne eſt leuius apud quoſdaȝ ſȝ fortaſſe res nō eſt ſm ꝙ dīit: ꝛ qñ cū eo ꝑmiſcet piperis paꝝ ꝛ olei amigdalinū rectificatur eiꝰ diſpoſitio paꝝ ꝛ ē



digeritur multiplicatur eius nutrimentū valde. Membra anhelitus ꝛ pectoris. Confert pulmoni remouendo tuſſim ꝛ ſputum ſanguinis ꝛ proprie quando decoquitur cum portulaca. Membra expulſionis. Eſt lenificatiuuȝ ventris.

De Therebinthina. Ca. dcxc.

t Terebinthina. Dicitur in capitulo de grano viridi.

De Tarcon. Ca. dcxcj.

Tarcon qd eſt. Eſt notū. Et dixerūt ꝙ piretrū eſt radix altarcon montani. Natura.
t Manifeſtū eſt ꝙ ē calidū ꝛ ſiccū in ſecūdo Quis ſit in ipſo virtus ſtupefactiua: qdā vo dixerūt de quibꝰ nō eſt curandū ꝙ ipm ē frigidū ꝛ ſiccū. Operationes ꝛ proprietates Eſt deſiccatiuū humiditatum ꝛ exiccatiuum earum: ꝛ in ipo ē infrigidatio q̄dā. Mēbra ca. Cōfert cola cū maſticat ꝛ tenet in ore. Mē. an. ꝛ pe. Facit accidere dolorē gutturis. Mēbra nu. Eſt difficiř digeſtionis Mē. ex. Abſcidit deſideriū coeundi.

De Taraxacon. Ca. dcxcij.

Taraxacon qd ē. Notū ē. eſt ſpēs endiuie.
t Natura. Frigus eiꝰ ē plꝰ hūiditate ipiꝰ cū hoc ꝙ in ipſa ē hūiditas. Opa. ꝛ p. Eſt infrigidatiua ſpirituū. Mē. ocu. Eiꝰ lac abſtergit albuginē. Mēbra nutrimenti. Eiꝰ ſuccꝰ ↄfert hydropiſi valde ꝛ apit opilatōes epatis. Uenena. Reſiſtit venenis: ꝛ ex ea fit emplaſtrū ad puncturas ꝛ ppē ad pūcturā ſcorpionis.

De Tamariſco Ca. dcxciij

Tamariſcꝰ. Opatiōes ꝛ pprietates. In
t ipo ē ſtipticitas ꝛ abſterſio ꝛ mundificatio abſqȝ exiccatōe vehemēti: ꝛ eiꝰ aq̄ ē abſterſiua deſiccatiua cꝰ abſterſio ē plꝰ exiccatōe eiꝰ: ꝛ ipiꝰ exiccatō ē cū ſtipticitate: ſȝ ē fructꝰ eꝰ vehemētior ſtipticitatis: ꝛ in tamariſco qdē eſt ſubtilitas pauca ꝛ in reliqs rebꝰ alijs adminiſtrat loco galle viridis. Decoratio Eiꝰ decoctio adminiſtrat in embrocа ad pediculos ꝛ inficit eos Apoſtemata ꝛ bothor Ex eiꝰ folijs fit emplaſtrū ſup aþata fluxa. Uulne. ꝛ vl. Eiꝰ fumꝰ exiccat vlcera humida ꝛ variolas ꝛ ſ ꝑgit qđ ex ea trīt ē ꝛ cinis eiꝰ ſup aduſtionē ignis ꝛ vlcera humida ꝛ fructus eiꝰ ꝛ cinis ipiꝰ exiccant vlcera difficilia ꝛ corrodunt carnē additā. Mē. ca. Decoctio folioꝝ eiꝰ cū vino ↄfert dolori dentiū colluto ore ex ea ꝛ ꝓhibȝ corroſionē eoꝝ ꝓpē fructus eiꝰ Mē. ocu. Eiꝰ fructꝰ ſtat loco licij ꝛ galle ꝛ in egritudibꝰ oculi Mē. an. ꝛ ꝑ e. Cōfert ſputo antiquo ꝛ ꝓpē fructꝰ eiꝰ. Membra nutrimenti. Eius rami diſſoluti in aceto ↄferūt ſpleni emplō ex eis fcō: ꝛ ad ſplenē bibit vinū in quo decocta ſūt folia eiꝰ ꝛ ipiꝰ virgulta: ꝛ faciūt ſplenetici ex ligno eius vaſa Mē. ex. Cōfert ſolutōi antiq̄ ꝛ ſedet in decoctōe eiꝰ ad curſū mſtrūs ꝛ ſupp oīt gūū eiꝰ ei ꝛ bibit fructus eiꝰ etiā. Uene. Cōfert fructꝰ eiꝰ morſui vipere

De Tarathit. Ca. dcxciiij

Tarathit qd ē. Fruſta ligni nodoſi groſſitudinē digiti hñtia ꝛ eiꝰ lōgitudo ē minor ꝛ plūmū eius eſt ſtiptici ſaporis ꝛ ē cinericij coloris. Et virtus eius eſt ſicut virtus balauſtie: ꝛ dr ꝙ ipſe affertur ex rumbꝰ. Operatiōes ꝛ pprietates. Eſt ſtipticus ꝛ ꝓhibēs motū ſanguis in membris oibꝰ Inſtrā iũctu. Confortat iũcturas mollificatas Membra nutrimenti. Confert mollificationi ſtomachi ꝛ epatis Membra expulſionis. Stringit ꝛ retinet fluxū ſan. ꝛ deſcenſionem ſanguinis in egeſtione ꝛ dyſenterie bibitū in lacte caprarū decocto. Permutatio. Medietas pōderis eius de cortice oui aduſto abluto ꝛ ſexta pōderis eiꝰ de galla ꝛ decima pōderis de gūmi arabico.

De Talk. Ca. dcxcv.

Talk qd ē. Dixerūt qdā ꝙ in bibitōe eius ē
t timor ꝓpt illud qđ in ipſo eſt ex retētione ſui cū ptibꝰ ſtōi ꝛ villoſitate eius ꝛ cū gutture ꝛ meri: ꝛ qñ neceſſariū ē vt ſoluat ſoluat in panno in quo ponātur fruſta glaciei aut lapides ꝛ ꝑcutiat donec reſoluat: ꝛ ſi fuerint lapides neceſſariū eſt vt ſubmergantur in aquā ꝛ ſi voluerit hō dimittat ipȝ in panno: deinde excutiat ipm in vaſe ꝛ accipiat qđ excuſſū eſt vt vtatur eo cū aqua gūmie ꝛ erit bonum ſue intentioni. Electio. Qđ ex eo calcinatū eſt ē fortius ꝛ ſubtilius. Natura. Frigidū eſt in ꝑmo ſiccū in ſecūdo. Operationes ꝛ proprietates Stipticū eſt ꝛ retinēs ſanguinē: ꝛ adminiſtratur in pſilotro ſicut exiſtimauit Paulus ꝛ alij vt ſit eiꝰ deſiccatio maior: ipſuȝ enī nō adurit ignis niſi cū arte. Apoſtemata ꝛ bothor. Prohibet apoſtemata mām̄illarū ꝛ teſticuloꝝ ꝛ que poſt aures ſunt ꝛ reliquarū carniū laxarū in ꝑncipio. Membra anhelitus ꝛ pectoris. Retinet ſputū ſanguinis cū aqua plantaginis. Membra expulſionis. Retinet ſanguinē mſtrūs ꝛ ani bibitū: ꝛ qđ ex eo ablutū ē ꝛ linitū ↄfert dyſenterie.

De Taliſafar. Ca. dcxcvi.

Taliſafar qd ē. Eſt cortices indi in quibꝰ eſt
t ſtipticitas ꝛ acuitas ꝛ odoris boni parū et in ipſis ē ſubſtantia terrea plūma ꝛ ſubtilitas pauca. Natura: Apud Gal. nō eſt oſtenſuȝ ipſos hře caliditatē neqȝ frigiditatē de q̄ ſit curandū: Quidā aūt dixerūt ꝙ ſunt calidi ꝛ ſicci in ſecūdo: Operatōnes ꝛ proprietat. In ipſis ſunt ſtipticitas ꝛ exiccatio fortes ꝛ reſolutio: ꝛ ſunt cōpoſiti ex ſubſtantijs ꝑlibꝰ: ꝛ terreitas in eis ē plus. Membra expulſionis. Confert dyſenterie ꝛ vlceribꝰ inteſtinoꝝ ꝛ fluxui ſanguinis matricis ꝛ ani: ꝛ ↄferunt hemorroidibus.

De Tariſilon. Ca. dcxcvij.

Tariſilon qd ē. Plāta naſcēs in vere ꝛ flos
t eiꝰ ē ſilis croco hortulano. Uene. Decoctio eiꝰ cū effundit ſup morſū vipe ſedat dolorem eius. Et ſi effunditur ſup mēbꝝ ſanū facit in ipſo ↄtingere ſile illi qđ contingit ex morſu vipere de dolore.

De Tuberibus. Ca. dcxcviij.

t Tubera qd ſūt. Sūt ex ſubſtātia frea plus ꝛ aquea minꝰ: ꝛ in ipſis ē acreitas ꝛ ſubtili

tas pauca ⁊ ſũt p̃uata ſapore. Elec. Melioꝛ eoꝝ
arenoſa alba in quib⁹ nõ ẽ odoꝛ mal⁹ ⁊ q̃ ex eis ſũt
ſicca deterioꝛa ſũt hũida. ⁊ illa qdẽ q̃ elixant poſt ex-
coꝛiationẽ ⁊ ſciſſionẽ cũ cultello cũ aq̃ ⁊ ſale: deinde
coquũt cũ oleo ⁊ almuri ⁊ ſpẽb⁹ ꝯdiẽtib⁹ aut aliis
ſunt melioꝛa: ⁊ deterioꝛa eoꝝ gnã ſũt fũgi ⁊ ꝓpe cũ na
ſcũt ſub arboꝛib⁹ ⁊ in t̃ra mala. Ope. ⁊ p. Sũt
groſſa valde ⁊ h̃bent nutrimentũ groſſum melicũ ⁊
nõ appropinq̃t eis in hoc aliqd: ⁊ eoꝝ qdẽ tyriaca
ſũt vinũ purũ ⁊ ꝯdiẽtes ſpẽs: ⁊ ſi elixent: deĩ coq̃nt
cũ eis generat nutrimentũ groſſũ nõ malũ: verũtñ
ſapoꝛẽ nõ h̃nt. Inſtra iũc. Timet ex eis paraliſis.
Membra capitis. Timet ex eis appoplexia.
Membra oculi. Eoꝝ aq̃ ſicut ẽ abſtergit oculũ: ⁊
hoc qdã laudauerũt ⁊ ꝯceſſit illud Muſaia medic⁹
⁊ alij. Mẽ. nu. Sũt tarde digeſtiõis ipediẽtis
euacuatia ſtomachũ groſſi chimi. Gal. vo i quodã lo
co ait nõ ſũt mali chimi. Mẽbra expul. Faciũt
incurrere colicã ⁊ difficultatẽ vrine.

De tinctura. Ca. dcxcix.

Inctura qd ẽ. Electio Melioꝛ ẽ illa q̃ ẽ
leuioꝛis põderis ⁊ magis intẽſe nigredinis
Natura Dis ẽ cal'a ⁊ exſiccatiua niſi in-
da q̃ñ indi ⁊ paul⁹ numerãt eã int̃ infrigidãtia.
Opera. ⁊ p. Dis ẽ exſiccatiua. Apo. ⁊ bo.
Exiſtimauit qdã q͛ inda ponit ſup apoſtemata cali
da ⁊ ꝯfert eis. Vulnera ⁊ vlcera. Illa q̃ aſſumit
ex fumo ligni pini cũ gũma ⁊ bdellio ponit ſup adu
ſtionẽ ignis donec cadat.

De teſtudine. Ca. dcc.

Eſtudo. Mẽ. capitis. Sãguis ei⁹ q̃ ſil
ueſtris ẽ iam dictũ ẽ q͛ ꝯfert epilepſie adhe
rens: ⁊ fel teſtudis valet ad cola ⁊ diſtillat
in nares epilepticoꝝ Membra anhelitus ⁊ pecto
ris. Dũ ei⁹ valet ad tuſſim infantũ ⁊ fel ipſi⁹ illi
nitũ ad ſcrofulas. Venena. Illa q̃ ẽ marina cũ
coagulo eſt bona moꝛſui vermiũ venenoſoꝝ ⁊ ei q
bibit lacticinium.

De Tamarindis. Ca. dcci.

Amarindi. Electio. Meliores ſunt te
neri recẽtes q nõdũ ſeneſcũt ⁊ nõ exſiccant
⁊ quoꝝ acetoſitas ẽ vã Nã. Frigidi ſũt
⁊ ſicci in ſecũdo Opa. ⁊ p. Sũt ſolutiui ⁊ ſũt me
lioꝛes prunis ⁊ minoꝛis hũiditat̃. Mẽ. nu. Cõ
ferũt naſcitudini vomit⁹ ⁊ ſiti i febrib⁹ ⁊ ſtrigũt ſtõm
mollificatũ ex naſcitudine vomit⁹ Mẽbra expul.
Solutõe educũt cholerã: ⁊ potio ex decoctõe eoꝝ
ſit propinq̃ medie libre. Febres. Conferũt febrib⁹
hritiũ ſyncopĩ ⁊ ꝯturbatõez ⁊ ꝓpe cũ neceſſe ẽ nãz
linire.

De Tuderi. Ca. dccij.

Uderi qd ẽ. Inqt Dia. ẽ herba h̃ñs folia
ſilia folijs praſſij ⁊ radicẽ q̃drata ⁊ eius ra
dix mẽſurã h̃z medij cubiti: ⁊ h̃z capita in
quib⁹ ſũt ſemina lõga nigra ⁊ eſt hec vſitata tuderi.
Silueſtris vo ſemẽ ẽ rotundũ. Natura. Cal'a ẽ
in ſecũdo: humida in p̃mo Operatões ⁊ pꝛoprie
tates. Ineſt ei acredo naſturtij: ⁊ in ipſa ẽ vlceratõ

Apoſtemata ⁊ bothoꝛ Cõfert cãcris q nõ ſunt
vlcerati linita cũ aqua mellis: ⁊ ꝯfert oib⁹ apoſtatibus
duris ⁊ fit ex ea emplaſtrũ ſup tumoꝛẽ. Inſtrumẽ-
tum. Fit ex ea emplaſtrũ ſup duritiẽ podagre.
Membra capitis. Confert apoſtib⁹ radicũ auriũ
Mẽ. ocu. Cũ ex ea fit collyriũ cũ melle mũdifi
cat vlcera oculi. Membra anhelitus ⁊ pect. Ad
iuuat q̃ñ ponit in electuarijs in expuẽdo humores
poſtq̃ꝫ infundit ⁊ bulit in aq̃: deinde ponit in vaſe ⁊
aſſat. Membra expulſionis. Adiuuat in colica
⁊ ꝓpe in decocto qḋ ẽ ex vino.

De Tenub. Ca. dcciij.

Enub qd ẽ. Arboꝛ nota ⁊ cauſt ẽ ſpẽs eius
⁊ caſmecoꝛas ẽ ſemẽ arboꝛis ei⁹ ⁊ pix ſilue
ſtris ex ea aſſumit. Operationes ⁊ ꝓpe
tat. Semen aũt ei⁹ caſmecoꝛas: ⁊ virt⁹ ipſi⁹ ẽ ſtiptica
ca ⁊ ſubtil' calefa tõis. Apoſte. ⁊ bothoꝛ. Ex fo
lijs hui⁹ arboꝛis fit emplaſtrũ apoſtematib⁹ calidis
Vulnera ⁊ vlcera. Folia ⁊ ſemen ei⁹ q̃ñ miſcet cũ
adipe anſeris ⁊ merdaſengi ⁊ cũ farina turis cõferũt
vlcerib⁹ manifeſtis: ⁊ cũ ꝓmiſcet cũ cera ⁊ oleo myr
thino ꝯfert vlcerib⁹ teneroꝝ corpoꝝ ⁊ oib⁹ vlcerib⁹
recẽtib⁹ calis: ⁊ coꝛtex ei⁹ ẽ ꝯueniẽs vlcerib⁹ puluer
zatus: ⁊ q̃ñ adminiſtrant folia ei⁹ ſup vlcera recẽtia ꝓ
hibẽt coꝛruptiõez eoꝝ. Membra capi. Colluit
os ex ea ⁊ decoctiõe ei⁹ ⁊ ꝓpe cũ aceto ad doloꝛẽ dẽ
tiũ: ⁊ q̃ñ ſcindit lignũ ei⁹ ⁊ coqt in aceto ad illud
Membra oculi. Fum⁹ eius in alcofol confert
oculo. Mẽbra anhelit⁹ ⁊ pectoꝛis. Semen ei⁹
qḋ ẽ caſmecoꝛas adiuuat ad ſpuendũ ex pectoꝛe: et
gũma qdẽ tenub maximi ẽ iuuamẽti ad tuſſim anti
quam valde: ⁊ ẽ ſpẽs picis. Membra nutrimen
ti. Confert ad ea pondus auf. cum aqua mell' ad
epar leſum. Membra expulſionis. Si bibatur
ſtringit ⁊ retinet ventrem.

De Tereniabin. Ca. dcciiij

Ereniabin quid ẽ. Hic ẽ ros q plũm cadit
in coꝛaſceni ⁊ in locis qui ſunt vltra fluuiũ
⁊ plimũ caſus eius in regione noſtra ẽ ſup
lapidẽ. Electio. Melioꝛ ẽ recens albũ. Na-
tura. Eſt equale ad caliditatẽ ꝯueniens. Ope
rationes ⁊ pꝛoprietates. Eſt leuitiuũ ꝯueniẽs ad
abſtergendũ Mẽ. an. ⁊ pe. Confert tuſſi ⁊ lenit
pectus. Mẽbra nutrimenti Sedat ſitim Mẽ
bra expulſionis Solutõe educit cholerã faciles
ei⁹ ſolũ cũ ꝓꝓrietate q̃ ẽ in ipſo ⁊ ei⁹ qdẽ potio ẽ auf.
x. vſq̃ ad. xx. auf.

De Tutia. Ca. dccv.

Utia qd ẽ. Origo Tutie eſt fumus qui ele-
uatur vbi purificatur es a lapidibus qui ei
admiſcentur ⁊ a ſtagno qui ei admiſcetur ⁊
q̃ñ ſublimatur climia: ⁊ illud qḋ ſublimatur eſt tutia
bona ⁊ quod reſidet inferius eſt climia que nomina
tur ſuccudus. tutia vero alia eſt alba: ⁊ alia eſt citri-
na: ⁊ alia ad rubedinem declinans. ⁊ inda quidẽ eſt
illud quod in ablutione tutie aggregatur ſicut fex
ſub aqua qua ipſa abluitur ⁊ illud eſt ſuccudus: dif
ferentia vero inter ſuccudũ ⁊ tutiã eſt q͛ tutia ſub



limat ⁊ illud nõ ſublimat ſꝫ remanet inferius in cã-
minibus p qḋ currit es ⁊ hoc ẽ ſicut climia eris ⁊ q̃ñ
hoc ſublimat ſublimat ex eo tutia. Electio. Me
lioꝛ eſt alba volatilis: deĩ citrina: deĩ que habꝫ co
loꝛẽ ſtiticoꝝ alcarmenũ: ⁊ illa que eſt minus vetuſta
omnib⁹ eſt melioꝛ. Natura. Frigida eſt in p̃mo
ſicca in ſcḋo. Opationes ⁊ ꝓprietates. Eſt deſic
catiua ſine moꝛdicatione: ⁊ illa q̃ ẽ abluta eſt melioꝛ
deſiccãtiũ. Decoꝛatio. Cõfert lẽdinibus. Vul
nera ⁊ vlcera. Illa q̃ eſt abluta ꝯfert vlcerib⁹ ita q͛
vlceribus canceroſis. Mẽbra oculi. Cõfert do
loꝛi oculi ⁊ ꝓhibet ſupfluitates fraudulẽtas coarta-
tas in venis oculi penetrare in tunicas ꝓpe illa que
ẽ abluta. Mẽbra expulſio. Cõfert vlcerib⁹ ani
⁊ teſticuloꝝ ⁊ apoſtematibus eoꝝ.

De tincar. Capitulũ. d. ccvi.

Incar quid ẽ. Aliud ẽ minerale ⁊ aliud ẽ
artificiale ⁊ dicit capiſtꝝ auri. Mẽbra ca
pitis. Cõfert doloꝛi molaris ⁊ coꝛroſiõi
dentium ſua pꝛoprietate.

De taſmarach. Capitulum. d. ccvij.

Aſmarach. Natura. Calid ẽ ⁊ ſiccuꝫ.
Opationes ⁊ ꝓpeta. Eſt ſtipticũ foꝛtil.

De tinſa. Capitulum. d. ccviij.

Inſa. Membra oculi. Stercus eius
confert albugini oculi. Venena. Fit em
plaſtꝝ ex adipe eius ſup moꝛſũ ipſius ⁊ ſe-
dat doloꝛ eius ſtatim.

De tembul. Capitulum. d. ccix.

Embul. Natura. Frigiduꝫ ẽ in p̃mo
ſiccũ in ſcḋo. Opationes ⁊ ꝓprietates.
Eſt ſtipticũ exſiccatiuũ. Membra capit.
Cõfortat carnẽ que ẽ inter dentes ⁊ maſticãt ipm
indi ad illud ſemp. Membra nutrimenti. Con
foꝛtat ſtomachuꝫ ⁊ ꝓpt illud maſticãt ſemp indi.

De teſiſie. Capitulum. d. ccx.

Eſiſie qd eſt. Eſt gũmia rute agreſtis ⁊ iam
dictũ eſt in the. Electio. Non ꝯfert ni-
ſi que ẽ recẽs ⁊ cũ ſup ipſaꝫ ꝑtranſit annus de
bilitat. ⁊ ñ ẽ in ipſa iuuamẽtũ ꝓpt reſoluõnẽ hũidita
tuꝫ que ſũt in ipſa ſupfluaꝝ. Natura. Eſt calida
valde aduſtiua foꝛtis calefactionis ⁊ exſiccationis
⁊ in ipſa eſt hũiditas ſupflua extranea cauſa cuius ñ
moꝛdicat ſtatiꝫ. Opatões ⁊ ꝓprietates. Eſt mun
dificatiua ſolutiua maturatiua diſruptiua ⁊ ꝓpt hũidita
tẽ ſuã ſupfluã nõ adurit niſi poſt hoꝛã ⁊ ẽ ex eis q̃ at
trahũt vehementer ⁊ violẽter ex ꝓfũdo coꝛpis: ſꝫ p⁹
ſpaſmũ ꝓpt hũiditatẽ ſuã ſupfluã: ⁊ nõ eſt ei par in
alterãdo ꝯplonẽ ⁊ caſitatẽ. Decoꝛatio. Facit na
ſci pilos ⁊ ꝯfert alopitie valde ⁊ raro iuenit par ei in
illo: ⁊ iam dixim⁹ adminiſtratõem ei⁹ in cap. ipſius. ⁊
ꝯfert occultationi ſãguinis: ſꝫ nõ dimittit ſup ipſam
pter hoꝛã: ⁊ ſimilit ꝯfert veſtigijs ⁊ pãno ⁊ albaras
Inſtrumẽta iũctu. Inũgit cũ ꝯpſſione ſup mol
lificationẽ neruoꝝ ⁊ ſup podagrã ⁊ ſup iũcturas fri
gidas ⁊ cliſterizat cũ ea ad arteticã. Mẽbra an. ⁊
pecto. Cõfert ſputo ſanliei ⁊ difficultati anhelitus
⁊ ꝯfert doloꝛi amboꝝ latez ⁊ ꝓpe doloꝛi ipſoꝝ anti-

quo linita ⁊ ut emplm ſuppoſita ⁊ cũ ea euacuãdo ⁊
adiuuat ad expuẽdas ſupfluitates linita ⁊ ſubtilita-
te repta in adminiſtrãdo eaꝫ in clarijs. Membra ex
pulſio. In radice eius ⁊ coꝛticib⁹ ipſius et lachry
me eius eſt ſolutio. Febres. Sumant de coꝛtici
bus eius tres auf. ⁊ de ſuccis tres anuluſat ⁊ de la-
chryma eius auf. ij. ⁊ cũ multiplicat eius vſus no-
cet. Permutatio. Loco eius ponunt due tertie
põderis eius de dragante ⁊ ĩña eius de euſoꝛbio.

De turbit. Capitulũ. d. ccxi.

Urbit. Electio. Melius eſt albuꝫ viſi-
bilit ⁊ contritũ habens foꝛamina que ſunt
ſicut cãna ſubtilis foꝛaminã ⁊ planũ velocit
frangibile ⁊ nõ eſt groſſuꝫ ⁊ ipm coꝛrodit ⁊ debilita
tur: ⁊ leue valde ⁊ pfoꝛatũ eſt debile: ſꝫ eius rectifica
tio eſt ut fricet coꝛtex eius cinericius donec remane
at albus ⁊ cõmiſcat quod de eo contritum eſt cum
oleo amigdalino. Operationes ⁊ ꝓprietates.
Acquirit vſus eius ſiccitatem ⁊ exſiccatiõem in coꝛ-
poꝛe: quoniã extrahit humiditates ſubtiles ⁊ ꝓpterꝫ
hoc adminiſtrat cum oleo amigdalino. Inſtru-
menta iuncturaꝝ. Confert egritudinibus neruo-
ruꝫ. Membra expulſionis. Solutione educit
phlegma plim: ⁊ ſoluit aliquid ex humoꝛibus adu
ſtis paruiper ⁊ hoc quãdo aſſumit tritũ ꝫ decoctum
vero econtrario. inquit. Meſangue. ſolutiõe educit
humoꝛes viſcoſos groſſos: ⁊ dixerũt quidam ſolu
tione educit humoꝛem crudũ ex anchis. ⁊ quod ve
rius ẽ: ẽ q͛ ſolutione educit phlegmã ſubtile ⁊ ſi con
ficet cuꝫ ziniibere ⁊ eo quod habet acuitatẽ virtu
tis educit groſſum ⁊ crudũ humoꝛem. Solũ vero
non ſoluit groſſum niſi inueniat in ſtomacho fixuꝫ
⁊ in inteſtinis: ſitq̃ꝫ potio eius vſq̃ ad. ʒ. ij. ⁊ in deco
ctionibus vſq̃ ad. iiij.

De turſie. Capitulum. d. ccxij.

Urſie quid eſt. Eſt ãmoniacũ ⁊ iã dictũ eſt
de eo i caplo alit. De tubel. Ca. d. ccxiij.
Ubel qd eſt. Foꝛtius tubel ẽ tubel ferri: de-
inde eris ⁊ ẽ illud qḋ cadit ex ꝑcuſſione ſup eũ: ⁊ om
ne quidẽ ẽ exſiccatiuũ: ⁊ iã qḋ dictum eſt de eo.

De thymo. Capitulum. d. ccxiiij.

Hymũ. Natura. Semen eius eſt foꝛ-
tis caliditatis. Membra expulſionis.
Pronocat ⁊ extrahit embꝛyonem moꝛtu
um ⁊ ſolutione educit ſanguinez ⁊ humoꝛẽ cholicã
Et potio eius ſit medietas. ʒ ⁊ extrahit vermes.

De thell. Capitulum. d. ccxv.

Hail qd ẽ. Dicit q͛ ẽ thealdeken. Natu-
ra. Frigida ẽ ⁊ ſicca in p̃mo: ⁊ ꝓpe radix
ei⁹ recẽs. Opatões ⁊ ꝓpeta. Virt⁹ ei⁹
ẽ ſtiptica: ⁊ in ipſa ẽ moꝛdicatio ⁊ ꝓhibet eius ſucc⁹
attractiõez materiez ad viſcera. Vulnera ⁊ vlcera.
Cõfert vulnerib⁹ recentibus q̃ñ ponit ſup ea ⁊ ꝓ-
prie radix eius ⁊ in ipſa eſt ꝯſolidatio. Membra ca
pitis. Pꝛohibꝫ catarros oẽs. Membra oculi.
De ſucco eius ⁊ ipſa decocta in vino ⁊ melle i pon
dere eq̃li ſtiptũ ponit in medicamine quod ad ocu-
li eſt bonũ ⁊ illius qḋ medicamis ꝯpoſito ẽ h̃. Su

mitur ſuccus ⁊ quātū eſt medietas eius de myrrha ⁊ tertia eius de pipere ⁊ tertia ipſius de olibano ⁊ ꝑmiſcent ⁊ ē medicamen bonū ⁊ oportet qḋ ut reponat in vaſe ereo. Membra nutrimenti. Abſcindūt ſemen ⁊ radix eius vomitum. ⁊ ꝓhibet attractionem fieri ad ſtomachū ⁊ ſemē ſtiūs oio ē ↄueniens ſtomacho. Membra expulſionis. Semē eius deglutitū eſt ꝓuocatiuū ⁊ diſruptiuū lapidis ꝓpt illud quod in ipſo eſt de ſiccitate aut amaritudine: et ſimilr̄ radix eius ⁊ decoctio eius confert vlceribus veſice.

De thelſie. Capitulum.d.ccxvi.

Thelſie quid eſt. Jam dictū ē in the. ⁊ iam diximus eam.

De teſticulo vulpis. Capitulū.d.ccxvij.

aduſto. viij. Aut ſumāt colcotar eris vſti ⁊ calcadis
⁊ draganti aduſti ptes eq̄les. Et de bonis ad fluxū
ſan. ⁊ ꝓpe ex draganto eſt vt ſumat aloes p̄s. i. ſ. pri
mi ambor in corpe graui: ⁊ ſcdm eor in corpe leui
⁊ corticū turis in corpore graui. ℥. i. ⁊ turis ipi⁹ groſ
ſi pinguis in corpe leui p̄s. i. ſint ꝯtēti ſup ea ambo
aut ſanguis dra. ⁊ ſarcocolla conficiantur cū albu
mine oui ⁊ ponantur ſuper pilos leporis ⁊ ꝑparē
tur ſm locum.

Tractatus tertius de vlceribus.
De ſermone vniuerſali de vlceribus. Ca. i.

V Lcera generant a vulneribus ⁊ ab exitu
ris eruptis ⁊ a puſtul. ⁊ ſolutio cōtinuita
tis in carne qn̄ facit ſaniē ⁊ pus noiat vl
cus: ⁊ nō facit pus niſi propterea ꝙ cib⁹
q̄ venit ad ea ꝯuertit ad corruptionē ꝓpt debilitatē
mēbri: ⁊ qm̄ ꝓpt debilitatē ſuā reſoluūtur ad ipm ⁊
attrahunt ꝟſus ipm ſupfluitates mēbroꝝ vicināriū
ei: aut ꝓpt vnguēta mollificātia mēbrum ⁊ linientia
ipm cū humiditate ſua ⁊ vnctuoſitate ſua. Et qđ eſt
de genere pus ſubtile noiat virus: ⁊ qđ eſt groſſum
noiatur ſordities: ⁊ eſt res ſpiſſa coagulata alba: aut
ad nigredinē declinis: aut ſicut fex. Et virus qdem
nō generat niſi ex ſubtilitate humoꝝ aquoſoꝝ ⁊ ipo
rum calido: ⁊ ſordities generat ex groſſitie humoꝝ
Et virus qdē multiplicat cū generatōe apoſtematiſ
⁊ virus eget exſiccāte: ⁊ ſordities abſtergēte. Et vlce
ra ſunt apparētia ⁊ ſunt habentia ꝓfunditatem. Et
vlcus qđ ꝓfūditatē habet nō euacuat quin aut iam
indurata ſit caro circūdans ipm ⁊ noiat fiſtula ⁊ eſt
ſicut canna penetrans in membꝝ. aut nō induratur
aliqd ⁊ noiatur abſcōſio ⁊ cauerna. Et qn̄qꝫ dicūt
qdam abſconſionē illud qđ elōgatū eſt ſub cute ⁊ ſe
paretur ab eo cutis: ⁊ cauernā illud qđ inflectit ſub
carne ⁊ dilatat in ea. Dicūt qdā imo dilatatū eſt ca
uerna ⁊ ſtrictū ꝓfundū fiſtula: ⁊ nō eſt ꝯtrarietas in
noiatione. Et qn̄ eſt durities ſup vlcus apparēs no
minatur vlcus oſtracinū. Et fiſtula qdē mala eſt illa
que nō ſentit: ⁊ ſm quantitatē elōgationis ei⁹ a ſen
ſu erit ei⁹ malitia. Et de ipſa q̄dā eſt equalis: ⁊ de ea eſt
quedaꝫ obliqua. Et que vadit ad neruū dolet vehe
menter: ⁊ proprie qn̄ tangit eius inferius cū tenta. ⁊
forſitan difficil' ſit opatio illius membri: ⁊ eſt humi
ditas ſubtilis tenuis ſicut ſit illa que peruenit ad os.
Et qn̄ peruenit ad ligamentū: eſt illud qđ currit pro
pinquū illis. Uerū dolor in oſſuoſa ⁊ ligmētali for
taſſe nō magnificat. Et humiditas que vadit ad os
eſt ſubtilior ⁊ declinior ad citrinitatē: ⁊ ex ꝓueniēte
ad venas ⁊ arterias multotiens egredit fex. ⁊ qn̄qꝫ
ſi fuerit tendens ad venā ſanguis plurim⁹ ⁊ ad arte
riam ſaguis ſubalbidus cū fluxu ſanguinis ⁊ ꝑcuſ
ſione: Et ex ea que peruenit ad carnem currit hu
miditas viſcoſa groſſa turbida cruda. Et multotiēs
ſunt fiſtule orificia plurima cuius eſſe ambigit ⁊ nō

ſcitur an ſit fiſtula vna. Et multotiens effunditur in
quoddaꝫ orificiorū eius humiditas habens tinctu
ram: ⁊ tunc ſi fuerit fiſtula vna egreditur ex orificijs
alijs color vnus qui eſt fiſtule. ſ. diuerſus albus ⁊ te
nebroſus ⁊ alius. Et vlcera quidem diuiduntur in
ſpeciebus diuiſionū: ⁊ dicitur ꝙ vlcerum quedam
ſunt que ſunt doloroſa: ⁊ quedam ſunt que ſunt pri
uata dolore: ⁊ quedam ſunt apoſtemoſa: ⁊ quedam
ſunt priuata apoſtemate: ⁊ quedam ſunt munda: et
quedam ſunt immūda. ⁊ immūda quidem propter
ꝙ in eis ſuperfluit humor plurimus ⁊ humiditas
copioſa q̄uis non ſint mala. Et de eis ſunt ſordida
⁊ de eis ſunt minorata: ⁊ de vlceribus ſunt putrida.
Et de rebus magis nociuis eis ſunt meridies ⁊ hu
miditas aeris cū caliditate ipſius. Et de eis ſunt cor
roſiua: ⁊ de eis ſunt ambulatiua: ⁊ de eis ſunt mol
lia aut dura: aut frigida aut calida. ⁊ mollia ſunt de
vlcerib⁹ facientib⁹ cadere pilos ab eo qđ ſequit ea.
Et ſunt qn̄qꝫ de vlcerib⁹ q̄dā reſudantia ex quib⁹ re
ſudat vir⁹ citrinū calꝫ. Et forſitan ē calꝫ ꝯburēs qđ ē
in circuitu ei⁹ ⁊ ē malū mortificās. Et de eis ſūt diffi
cilis conſolidationis. Et putrefactio eſt preter corro
ſionem: quod ſi fuerit: erunt ambe ambulatiue. Et
forſitan corrodens eſt corrodens illud quod ꝯtinua
tur ei proprie propter acuitatem abſqꝫ putrefactio
ne. ⁊ neqꝫ eſt fe. omnino. Uerum cum ambulatiuo
putrefactiuo multiplicatur fe. aut non ſeparatur ab
eo. Et Gal. quidē nominauit huiuſmodi vlcera cor
roſiua ignē pſicū ⁊ formicā ambulatiuam. ⁊ poſt vl
cus putrefactū eſt cōpoſitū ex vlcere ⁊ ex egritudine
putrefacta: ⁊ vnicuiqꝫ corꝝ ē diſpoſitō. Et vlcera qdē
dura incipiētia ire ꝟſus viriditatē ⁊ nigredinem ſūt
mala: ⁊ vlcera frigida ſūt mollia albaqeſcētia ꝓpter
medicinas calefaciētes: ⁊ calida ad rubedinē decli
uia delectant frigore. Et qn̄ vlcerib⁹ malis aſſociat
color corporis malus ſicut albus plumbeus aut ci
trin⁹: tūc illud ē ſignificatio ſup corruptōꝫ ꝯplonis
epatis ⁊ corruptionē ſanguinis qui venit ad vl⁹ q̄
re ſit difficilis eius conſolidatio. Et vlceꝝ quidem
quoꝝ radices ſunt acute ⁊ cum quibus eſt pruritus
ſupfluitates ſunt acute: ⁊ quoruꝫ radices ſunt late al
be pauci pruritus eoꝝ complexiones ſunt frigide.
Et vlcera generata ſucceſſione egritudinuꝫ ſunt ma
la: quoniā natura expellit ad ea reſiduuꝫ corruptio
nis ſuperfluitatuꝫ. Et vlcera deijcientia pilos ab eo
quod ſequitur ea ſunt mala. Et meliores ſignificatio
nes ſignificantes ſalutem vlceꝝ ⁊ vulneruꝫ ſunt cum
ſuccedentia eoꝝ declinia ſunt ad ſaniem. Et dicitur
in ſignis mortis velocis cuꝫ ſunt homini apoſtēata
⁊ vlcera leuia ⁊ deſtruitur ei ratio morit. Et mali
gnoꝝ quidem vlcerum cauſe ſunt quandoqꝫ vulne
ra obuiantia ſuperfluitatib⁹ malignis corporis aut
regimine corrupto: ⁊ quandoqꝫ ſunt ſequentia pu
ſtulas malas quare fiunt ab eis feſtinantia ad vlce
rationem poſt puſtulas. Et ſignificāt malignitateꝫ
vlceris eius putrefactio ⁊ ipſius ambulatio ⁊ cor
ruptio eius quod eſt in ipſius circuitu et difficul

tas ſanationis in ſeipſo cū rectificatione curationis
exhibite ei. Et meliores ſignificationes ſignificātes
ſalutē vlcerū ⁊ vulnerū ſunt cū in ſucceſſionib⁹ eoꝝ
eſt ſanies que eſt cū medicina faciente pus ⁊ ex ope
ratione nature. illa enī opatio nature eſt ſm curſum
naturalē ⁊ nō generatur ſanies niſi a digeſtione na
turali. Et nō aſſociatur ei malū ex accidentib⁹ vlceꝝ
maloꝝ: ⁊ ꝓpē ſanies laudabilis alba lenis equal
que conſecuta eſt complementū digeſtionis. ⁊ neqꝫ
aſſociatur ei fetor cū i ea nō ſit putrefactio: ⁊ fortaſſe
nō euacuatur a fetore paruo ſanies cui accidit cum
adiutorio caliditatis innate ⁊ alterius extrānee. Et
nos quidē iam locuti ſuim⁹ de ſanie in locis alijs.

Ulcera autē que accidere faciunt ſpaſmū ⁊ vlcera
putrefcā ſcrofuloſa ⁊ algeroniati ⁊ corroſiua ⁊ can-
ceroſa ⁊ que eoꝝ curſu currūt ſunt in quib⁹ nō gene
ratur ſanies: immo quando apparet in vlcere ſani-
es ⁊ apoſtema eſt ſignum bonum cum quo non ti-
metur ſpaſmus ⁊ permixtio rationis ⁊ his ſimilis.
Quando ſint in loco qđ facit illud neceſſariū ſicut ſunt
membra poſteriora ⁊ anteriora niſi res ꝑtranſierit
terminū. Qđ ſi apoſtema occultetur ſubito ⁊ redeat non
reſoluet ꝑ pus aut ei ſimilia. Amplius ſunt vicinan
tia membris neruoſis ſicut vlcera dorſalia qm̄ ſunt
in vicinitate dorſi ⁊ nuche ⁊ vlcera que cadūt in an
teriore parte coxe ⁊ genu: qm̄ ipſa iterū ſunt ſicut la
certi neruoſi in quibus res cōueniūt ad ſpaſmū et
ꝑmixtionē ratōnis etiam. Si autē euenit in mēbris
neruoſis plimū quoꝝ eſt in antecedēte extenſionis
corporū timetur: aut curſus ſanguinis ſi ceciderit in
medietate inferiori extēſionis. ſilr timet ex eis qñqꝫ
ꝑmixtio ratiōis: ⁊ timetur q̄ cadit pleureſis ⁊ ſanio
ſitas poſt ipſam: aut q̄ ꝑueniat ſputū ſan. ſi ceciderit
in medietate ſupiore ei⁹. ⁊ tu iam ſciuiſti intentio-
nē ſanioſitatis in pectore ex libro tertio. Et qñqꝫ ti-
metur in eis iterū ꝑmixtio rationis. Et de ſignis bo
nis in vlceribus eſt vt in circuitu eoꝝ naſcātur pili q
ceciderūt. Et corpora ſuſceptibiliora curatōis vlce-
rū ſunt q̄ ſunt meliora cōplexionis ⁊ pauciora hu
miditatis ſupflue cū inuentione ſanguinis boni in
eis. Illa vero que ſunt multe humiditatis aut ſicci-
tatis ſunt tarde ſuſcipientes rectificationē vlcerum
quoniam humida: ſicut infantiū ſunt ſuſceptibiliora q̄
ſicca ſicut ſenū: ⁊ ꝓpē qm̄ cōplexio eſt radical ſicca
ꝑuata ſanguine mūdo ⁊ accidentalis humida mol
lis ſicut in ſenibus iterū. Et ꝓpt illud iterū fit in hy-
dropiſis curatio vlcerū eoꝝ difficil: ⁊ in pregnātib⁹
iterū propter retentionē ſupfluitatū carū propterea
q̄ ipſarū menſtrua retinent. Sed in ſenib⁹ nō ſanā-
tur eoꝝ vlcera propter illud ⁊ propter paucitatē ſan
guinis eoꝝ boni. Et qñqꝫ ſanantur vlcera: deinde re
ſcinduntur: qm̄ nō generat in eis caro niſi ante mū
dificationē. qm̄ ergo retinet in eo ſupfluitas nō mū
da: oportet inde vt corrūpatur ꝯtinuitas ꝑueniēs ſe
cundo. Et qñqꝫ exiſtimantur fiſtule propterea q̄ ac
cidit eis diſpoſitio exſiccationis ⁊ retentōis ꝓhiben
tis reſpirationē q̄ ipſe ſunt ſanate: qm̄ earū diſpoſi-
tio eſt ſimilis ſaluti ſicut diximꝰ: deinde reſcindūtur

propter quemlibet motū ⁊ cōmotionem ⁊ tuſſim ⁊
offenſionē ⁊ malitiam iacendi ⁊ alia. Et de vlcerib⁹
in quibus naſcitur caro: quedam ſunt in quibus na
ſcitur caro addita: ⁊ quedam in quibus naſcitur il-
lud. Et illa in quib⁹ generatur caro addita: ſunt illa
in qb⁹ fit feſtinatio naſcētie carnis an̄ mūdificatōeꝫ
Et illa in quib⁹ nō naſcit illud: ſūt illa in quibus nō
naſcitur caro niſi poſt mundificationē. Cū ergo ꝓ-
longatur ſpaciū vlceris ⁊ corroditur ⁊ putreſit ⁊ de
ſtruitur de ſubſtantia eius res plima: tunc nō expe-
ctatur conſolidatio ei⁹ niſi ſm ꝓfundū. Et ꝓpt̄ qm̄
vlcus ē antiquū retinēs ſpacio anni: ⁊ ꝓpē qm̄ eſt
diruptum ⁊ incipit ex eo diruptio. i. fiſtula. Et aliq̄
quā neceſſe eſt vt educat os ex oſſib⁹ que ei ſunt vici
na. Et vlcera quidem melancholica nō ſanantur niſi
ſi ab eis auferatur tota eoꝝ corruptio vſqꝫ ad carnē
⁊ oſſa ſana. Et cauſe que cū accidunt corrumpūt
vlcera ſūt debilitas virtutis membri: quare recipiūt
omnē materiam. ⁊ malitia cōplexionis membri: et
malitia eius qđ aduenit ei de ſanguine aut in quali-
tate aut in quātitate. In qualitate vero plurimū ei⁹
eſt propter malitiam cōplexionis epatis: ⁊ color eſt
in eo decliuis ad albedinē plumbeam aut citrinita-
tem: aut propter ſplenē: ⁊ eſt color ad nigredinē ⁊ al
terationē decliuis ⁊ lentiginoſitatē: quare eſt cū eo
malitia omniū humoꝝ in corpe. Et huiuſmodi qui
dem preter hoc q̄ ex ipſo non acquiritur qđ cōuer
tatur in carnē nocet ꝑ illud qđ conuertitur ad ipſm
de ſuperfluitatibus. In quantitate vero q: additur
aut diminuitur: quare nō inuenitur cū quo caro vl
ceris generetur. Et eſt vlcus clarū mundū properās
ad eſcaram: ⁊ neſcitur ſi eſt corpus mūdū pauci ſan
guinis: aut eſt ꝓpter oſtracoſitatē que accidit parieti
ei⁹ ⁊ margini ipſius: aut propter dilationē venarū q̄
adueniūt ei: aut ꝓpt corruptionē eius incipiētem
ꝓſus tenebroſitatē ⁊ viriditatē ⁊ nigredinē: aut ꝓpt
membrū male complexionis quod vicinatur ei. Et
vlcera quidem praue curationis ⁊ eis ſimilis ſunt in
tereſicientia infantes nō tollerantes vehementiā do
loris ⁊ vlcerū ⁊ difficultatē curationis eoꝝ ⁊ ipſoꝝ
prauitatem.

De canone curatōis vlceꝝ. Ca. ij.

[S]cias q̄ oīa vlcera indigent exſiccatōe quedam preter facta ex attritione lacertorum ⁊
ipſoꝝ contuſione. Iſta enī indigent in pri-
mis vt mollificēt: ⁊ humectentur. Et cū hoc q̄ in
digent vlcera in dominantiore diſpoſitionū exſicca
tione indigent qñqꝫ diſpoſitionibus alijs mundifi-
catōnis ⁊ abſterſionis ⁊ alioꝝ conſequentib⁹ vlcera
preter ipſa vlcera. Et quanto plus eſt vlcus maius ⁊
ꝓfundius indiget exſiccatione vehementiore: ⁊ vt ag
gregētur labia eius vehementiore ꝑſcrutatione: ⁊ for
taſſe eſt tibi neceſſariū ſuere ea. Et cōſidera ex diſpo
ſitionibus neceſſitatis ad ꝑſcrutandū in illo ⁊ eis ſi-
milib⁹ illud qđ diximꝰ in capitulo vulnerū. Et ſcias
q̄ vlcera fortaſſe indigent in curationib⁹ ſuis admi
niſtratione medicinarū: quarū quedam ſunt curren
tes penetrantes ⁊ que iniiciant ꝓfundantes: ⁊ tūc



neceſſariū eſt vt ſint vnguenta ⁊ eis ſimilia: q̄re oportet
tūc vt ſit illud qđ apparet humidū: ⁊ qđ occultū eſt
ſiccū: ⁊ ꝓpē in illis q̄ ſunt ad fiſtulam oportet vt ſit
ſiccius orificioꝝ ei⁹ vincēs humiditatē ſubſtātie ei⁹
vehemēter. Et eſt quidē qñqꝫ neceſſariū vt earū me
dicine ꝑmiſceant cū eo qđ currit vt fiant viſcoſe ad
herentes. ſcias ergo illud iterū in eis. Et ſcias q̄ vl-
cera indigent ligaturis ⁊ ſtrictura ꝓpt tres modos
Quoꝝ vnus eſt vt currat ſordities: q̄re oportet vt ſit
fortitudo ſtricture eius apud ei⁹ orificiū vt ipſius ex
preſſio bona fiat. Et ſecūdus eſt vt ſeruet medicamē
incarnatiuū ſup vlcus ⁊ non indiget ſtrictura vehe
menti. Et tertius eſt ad incarnationē labioꝝ ⁊ opor
tet vt nō ſit ſtrictura i ipo moll apōdno labia: imo
cōplicata cōplicatione vehementi. ⁊ non oportet vt
cū ligatura ꝑueniatur ad leſionē ita vt apoſtemetur
Et oportet vt ſit adiuuans in ꝓhibendo apoſtema:
qm̄ nō eſt poſſibile cū apoſtemate vt curetur vlcus:
Et ſi non eſt tibi poſſibile vt ꝓhibeas ⁊ appareat apo
ſtema: tunc occupatus ſis cū apoſtemate ⁊ cura ei⁹
quodcūqꝫ apoſtema fuerit cū obſeruatione ipſi⁹ vl
ceris vſqꝫ quo ſepaueris ex curatione apoſtematis:
⁊ tunc remanebit ſola obſeruatio vlceris. Et ſilr qm̄
corrūpitur qđ eſt in circuitu vlceris ⁊ virideſcit ⁊ ni
greſcit: cura illud cū ſcalpellatione ⁊ extractione ſan
guinis: etſi etiam cum vētoſis: deinde adhere ei ſpō
giam ſiccā: poſtea medicinas exſiccātes. Et cū ſepat
vlcus aut inuenis vlcus purū: tūc oportet vt obſer-
ues in primis an ex corpore aliquid ad vlcus effun
datur aut nō effundatur: imo iam ſit abſciſſuꝫ. Qđ
ſi nihil effundatur ad ipm ſit intentio tua in medi-
cando ipm. ⁊ ſi aliquid effundatur ad ipm ſis ſolli-
citus in eo qđ ad ipm effunditur ex phlobotomia
aut ſolutione ventris aut vomitu: qm̄ vomit⁹ qñqꝫ
confert etiam in hoc: ⁊ Hyp. teſtificat de eo. Et ſi in
vlcerib⁹ fuerint fruſta oſſiū ⁊ panniculi aut alia: nō
properes in extrahendo ea: ſed fac illud qđ diximꝰ
in ca. oſſiū. Et ꝑmū quidē quod oꝫ te preparare de
eſſe vlceris eſt apertio cū medicinis ſuis: deinde mū
dificatio cū medicinis ſuis: deinde naſcētia carnis
⁊ conſolidatio. Et ſi inueneris vlcus mundū equa-
le qđ non habet ꝓfunditatē: tunc ꝯſolidatio tn̄ fiat
cū eo qđ non habet mordicationē. In ſordidis vo
neceſſariū eſt abſtergens mordicans. Et in ꝑmis
cū nō curātur indigēt mordicatione: qm̄ ſenſus nō
ſentit ipſuꝫ: deinde gradatim ꝑueniatur ad illud qđ
eſt leuioris mordicationis vſqꝫ quo ſentiat hora na
ſcentie carnis. Et caue in omnibus illis ne dolere fa
cias quantū potes: ⁊ ꝓpt̄ qm̄ eſt illic caliditas et
inflāmatio. Et oportet vt remoueas cauſas ꝓhiben
tes a conſolidatione: ⁊ ſunt cauſe quas numeraui-
mus ⁊ diximus que declinant cū vlcere ad malitiaꝫ
nam ſi tu curaueris eas in primis nō eris vacās ad
curationē vlcerū ſicut oportet: imo nō erit tibi poſſi
bile. Et multotiens quidem rectificata eſt cōplexio
mēbri ⁊ ſufficit in rectificatione vlceris: ⁊ multotiēs
eſt vlcus molle ſup qđ oritur caro mala que eſt in ſe
ipſa ad rubedinē ⁊ calefactionē decliuis: ergo curet

cū epithimatib⁹ infrigidantib⁹ carnem circūdanteꝫ
ipm ſicut ſuccus ſolatri cū bolo ar. ⁊ aceto. ⁊ epithi
mata de ſandalis ⁊ canfora infrigidata cū nine: q̄re
nō ceſſat ꝯſolidari vulnus ⁊ cōſtringi: Et oportet vt
in vlceribus doloroſis q̄ ſunt vehementis doloris
ſis occupatus in primis in ſedando dolorē ⁊ illud
cū mollificatiuis que tu ſcis proculdubio: ⁊ quoniam
ſint ꝯtraria vlceri. veruntamen cū non ſedatur dolor
n̄ ꝑpat nob vt curem⁹: cū ergo ſedauerim⁹ ꝯſeq̄mur
Et vlcera quedē ſordida indigēt vt mūdentur: ⁊ ſūt illa
quoꝝ humiditas ⁊ qđ ex eis currit eſt plimū. Et forſi
tan mūdificant cū melle: ⁊ fortaſſe mūdificāt cū pul
nerib⁹ ⁊ vnguētī. Et qm̄ nō mūdificant nō eſt poſſi
bile vt obuiet eis medicamen purū vſqꝫ ad corpus
eoꝝ: ⁊ ꝓpē pulueres: quare oportet vt mūdificent
deinde naſcetur caro: ⁊ in mūdificante quidē eſt ab
ſterſio plus ſicut ſciuiſti ante. Et fortaſſe oritur caro
mala: quare eſt neceſſariū vt corrodat cū medicamē
ne acuto ⁊ liniatur deforis cū infrigidantibus: deiū
eradicetur cuꝫ eo quo eradicatur eſcara: deinde cu
retur. Et medicamen quidem vnū ſm quedam cor-
pora facit naſci carnē ⁊ ſm quedam eorū eſt corroſi
tiū vehemētis abſterſionis cū corpora illa ſint leuia
valde: aut eſt ſm quedam eoꝝ nō abſtergens neqꝫ
faciens naſci: ⁊ propter illud eget medicamen vt cō
fortetur aut frangendo cōmixtionem eius aut mi-
nuendo eius vnctuoſitatē: aut iniungēdo ei medica
men aliud in quo ſint exſiccatio ⁊ abſterſio. ⁊ in cor
pore alio eſt per comparationē ad ipſum corroſiuū
indigens vt minuatur de pōdere eius aut addatur
in vnctuoſitate eius aut adiungantur ei ſtiptica aliq̄
Digniora ergo vlcera vt cōfortetur eorū medicamē
ſunt illa quorū difficilis eſt conſolidatio. Et de illis
que ſunt neceſſaria eſt vt dimittatur medicamē ſup
vlcus tribus diebus deinde diſſoluatur. nam ſi ipꝫ
tunc nō operatū fuerit nō faciet ſuam operationē.
Et oportet vt elongetur oleū quodlibet ab vlcerib⁹
q̄ ſi fuerit neceſſariū: tunc oleum de kerua ⁊ oleum
myrtinū ⁊ oleū maſticinū. Et cū ibi nō eſt niſi vlcus
tunc oportet vt alleuietur in ſenſibili membrorū nō
tollerantiū ipſum ⁊ caueatur a doloratione eius cū
medicamento forti. In illo vero qui eſt parui ſenſus
nō abſtineat a neceſſaria medicatione. Et intrinſeca
quidē ⁊ ſublimia ꝑcioſa ⁊ multi iuuamēti ⁊ ſuſcipiē
tia nocumēta velocit ſt de ca. ſenſibili. ⁊ indicio ei⁹
⁊ eoꝝ ꝯtraria ſunt de ca. inſenſibili: aut quoꝝ ſenſus
eſt debilis. ⁊ ꝓpt huiuſmodi cām nō ſufferūt vlcera
intrinſeca ea que ſunt ſicut flos eris ⁊ eis ſilia: ⁊ ꝓpē
ea que bibunt: ⁊ indigent illis que faciūt glutinatō
nem plus ſicut dragagantū ⁊ gūmi. ⁊ illa quib⁹ cli-
ſterizatur indigent eo qđ eſt int duas res. Et de illis
q̄ recta ſunt in curatōe vlcerū eſt vt quieta ſint mem
bra eoꝝ ⁊ nō moueātur ⁊ ſi mouent in ꝑncipio mo
tu ꝑuo min⁹ nocumentū eſt q̄ ſi moueant poſt prin
cipiū motu laborioſo: ⁊ ꝓpē in corpore maloꝝ hu-
morū. Et oportꝫ vt timeat in vlcerib⁹ q̄ cadat ex vi
cinitate eoꝝ incarnatio inter duo mēbra vicinantia
ſicut adherētia q̄ accidit int palpebrā ⁊ oculū ⁊ int



n°
Et ſciat qđ vlce-
ra indigent li-
gaturis et

duas palpebras ⁊ inter duos digitos. Et cauerne ⁊ abſconſiones ſunt velocis ꝯuerſionis ad fiſtulas. Et vlcera quidẽ vicinantia arterijs ⁊ venis magnis ꝑducunt ad apoſtema illud quod vicinatur eis de carne molli ſicut teſticuli ⁊ ſubaſcelle ⁊ qđ eſt poſt aurem ſicut perducit ſcabies ⁊ eis ſilia de illis que dixi mus ꝓpt illam eandem cãm: ⁊ proprie qñ corp⁹ eſt plenũ mala ſupfluitate: ⁊ tunc quidem vehemẽs fit dolor ⁊ peruenit ad vlcus: quare oportꝫ vt curetur illud cũ mundificatione corporis ⁊ cũ eo qđ eſt dictũ in ca. ei⁹. Et dũ mundificatur apoſtema nõ ſperatur eius curatio. Et eſt neceſſariũ in huiuſmodi vt tuearis vlcus ex nocumento cũ baſilicõ ⁊ ei ſimilib⁹ ſi corpus fuerit mundificatũ: ⁊ ponas int ipm ⁊ inter membrũ qđ diſtinguat ⁊ ꝓhibeat nocumentũ pueníre ad vlcus in omni diſpoſitione. Et oportet vt audias ſermonẽ ꝯmunem ⁊ eſt ꝙ de illis que ſunt neceſſaria eſt vt ſit illud quo curatur vlcus aut ꝯueniens aut incõueniens. Et conueniens licꝫ non conferat in diſpoſitione tñ nõ aſſociat ei nocumentũ. Et incõuenientie diuerſificatio aut eſt qm ipſuꝫ eſt debilius ⁊ ſignificat illud additio eius qđ eſt contrariũ ei qđ ex ipſo expectat de exſiccatione aut mũdificatione aut alijs preter corruptionez aliam: q̃re oportet vt addatur in virtute eius: aut eſt diuerſitas ꝓpt modos alios ſicut quia ipſum calefacit vltra q̃ neccẽ ſit ei q̃re facit accidere rubedinẽ ⁊ inflãmationẽ quapropt oportet vt minuat de fortitudine ei⁹ ⁊ extinguat de inflãmatione ei⁹ cũ emplaſtro infrigidãte: aut declinat cũ eo ad nigredinẽ ⁊ obfuſcationeꝫ quare ſcitur ꝙ infrigidat ipm aut nõ calefacit ipm mẽſura qua indiget: ergo oportet vt addatur in virtute calefactõis eius: Aut mollificat ipm quare indiget vt addatur in virtute ſtiptici ⁊ exſiccatiuorꝫ ſicut ſũt balauſtie ⁊ galle ⁊ ei ſilia que exſiccant vt ſuccurratur cũ exſiccatione eorꝫ de illis de quib⁹ diximus tibi: Aut corrodat ⁊ ꝓfundat ipm ſicut oſtenſum eſt q̃re oportet vt frãgat fortitudo abſterſiõis. Et multotiens qdẽ nõ ꝯuenit medicamẽ ꝓptea ꝙ ꝯplexio infirmi ẽ ſupflua i capitulo ei⁹ cui⁹ medicamẽ oportet eſſe fort⁹ in ꝯtrahẽdo illud capitulũ adeo donec reducat ipm ad ꝯplexionẽ ſuã: aut debil in capitulo ꝯueniẽte ei.

De curatõe vlcerũ virulentorꝫ.

n

Eceſſariũ eſt vt in eis adminiſtrent medicine exſiccatiue vt mundificet virus: deinde ſit occupatio in naſcẽtia carnis: Qđ ſi fuerit mollia: tũc adminiſtrent ſup ea medicine ad faciendũ naſci corꝫ ꝓfunditatẽ ⁊ ipſorꝫ margines propter debilitatẽ corporꝫ illorꝫ vlcerũ: ſed oportet vt exſiccent in primis deinde adminiſtrent. Et cũ tu adminiſtraueris medicamẽ ⁊ nõ inueneris humiditatẽ minui aut videris eam augeri: tunc ſcias ꝙ medicamẽ ſm illud corpus nõ eſt exſiccatiuũ: quare adde in cõfortatione eius ⁊ ipſius exſiccatione ⁊ adiuua ipm cuꝫ abſterſiõe pauca ſicut eſt mel verbigratia: ⁊ medicinis ſtipticis ſicut ſunt balauſtie ⁊ alumen. ⁊ minorare virtute olei ⁊ pone ipſum oleũ in quo ſit exſiccatio. Quod ſi videtur vlcus iam ſuperfluere iterũ in exſiccatione: tunc minue de virtutibus omnibus .ſ. exſiccatione ⁊ abſterſione ⁊ ſtipticitate: ⁊ ſerua hoc ꝓceptũ in medicinis facientibus naſci carnẽ vlcerũ Et nõ faciat te errare quidam ⁊ eſt vt ſit medicamẽ magis abſterſiuũ q̃ oportet: q̃re corrodit membrũ ⁊ reſoluit carnoſitatẽ ei⁹ ad humiditatem currẽtem quã exiſtimas virus ⁊ addis in virtute abſterſionis Et huiuſmodi quidẽ medicamen ponit vlcus profundius ⁊ calidius ⁊ magis ſimile cũ apoſtemoſo ⁊ ſentit infirmus mordicationẽ manifeſtaꝫ: ⁊ ſcias ꝙ medicinarũ exſiccantiũ vlcera quedam ſunt q̃ ſunt vehementis in frigidationis ſicut hyuſquiamũ album ⁊ opium ⁊ radix mandragore. Et quedã ſunt vehementis calefactionis ſicut reſina ⁊ pix: quare oportet vt temperes vnam earuꝫ cũ alia. ⁊ ſm oppoſitionem alicuius cõplexionum particularium. Et medicine quidem mundificantes virus ſunt iſte medicine exſiccatiue ſicut alumẽ ⁊ galle ⁊ cortices granatorũ ⁊ cortex turis ⁊ merdaſen gi ⁊ farina ordei et eius ſauich ⁊ flores papaueris ruffi ⁊ folia arboris calicũ. Cũ ergo fit emplaſtrum cum folijs nucis recentis ⁊ fit emplaſtrum cum nuce ſicut eſt aut decocta cum vino confert valde ⁊ exſiccat humiditates abſq̃ nocumento. Emplaſtrum bonuꝫ: Sumatur merdaſengi ⁊ imbibatur aceto vice vna ⁊ vice alia oleo donec albeſcat: deinde ſumãt antimonij ⁊ calcucecaumenõ ⁊ venarum ⁊ gallarum ⁊ balauſtiarũ ⁊ ſan. dra. ⁊ aluminis ⁊ climie argenti omniũ partes equales: terantur bene ⁊ ſit de vnoquoq̃ vi. ptes eius quod preparatũ eſt de merdaſengi: ⁊ miſceantur omnia: ⁊ adminiſtrent medicine quas dicemus in antidotario in vlceribus profundis. ⁊ de illis eſt aqua maris. Aqua vero aluminis abluit ⁊ repercutit ⁊ exſiccat. Et omnes iſte medicine predicte nunc nocẽt ſi cũ vlcere eſt apoſtema: ⁊ aqua in qua decocta ſunt ciperi eſt bona ad exſiccationẽ. Et decoctio myrobal. citri. ⁊ bellyricorũ ⁊ emblicorꝫ. ⁊ decoctio cetarach ⁊ folia aſedre ſũt bona in illo.

De curatõe vlcerũ ſordidorꝫ. Ca. iiij.

o

Portet vt in eis adminiſtrent medicine abſtergentes: ⁊ incipiatur in primis ab eo qđ eſt fortis mordicatõnis ſm ꝙ diximus in canone: deinde gradatim ꝑueniatur ad illud qđ eſt ſicut tapſia ⁊ ariſtologia cũ melle ⁊ pauco aceto. Et iterꝫ glutinum albotin cum equali menſura ſui olei roſ. aut butyri: ⁊ iterũ radix lilij cum melle: ⁊ iteruꝫ farina herbi ⁊ herba oppoponaci. Et de compoſitis emplaſtrum indum: ⁊ vnguenta viridia omnia cũ flore eris: ⁊ ſimplicia aut permixta cũ ammoniaco ⁊ ſimilibus: ⁊ emplaſtra corticalia ⁊ emplaſtra facta cũ farina herbi: ⁊ emplaſtruꝫ de ſale. Et trociſc⁹ niger ⁊ trociſc⁹ viridis. Et medicine ex exſiccatiuis ſumãt fecis olei ⁊ mell ⁊ alumis iameni ptes eq̃les. ⁊ ſumant ceruſe ⁊ polij ptes eq̃les. Et qñ vehemẽs ſit ſordities ſumat praſſiũ cũ melle. Et de emplaſtris bonis ſunt oliue ſalite. Et qñq̃ accidit neceſſitas hiterũ adminiſtrãdi aliquid de currentibus quo abluatur ſm ꝙ dicemus in ca. ꝓfundorũ ⁊ omnia ledũt ea ſi fuerit apoſtema.



De cura vlcerum ꝓfundorꝫ ⁊ cauernarum et abſconſionum Ca. v.

i

Sta indigent in curatione ſua ut carne repleantur. Et illud quideꝫ non fit niſi cum vbertate cibi ⁊ ſãguinis. Et ſunt neceſſarie in hoc medicine vehemẽtis exſiccatõis ⁊ mũdificationis ſimul. Et oꝫ ut ſit ſinus eorꝫ talis ne in eis retineat virus: imo currat ⁊ ſi inuenis hũc ſinũ cõueniẽtẽ ⁊ ẽ in eo radix vlceris mẽbri ad ſuperiora ⁊ orificiũ eius ad inferiora tũc iſte eſt. Qđ ſi fuerit diuerſum illius ⁊ fuerit poſſibile bõi ut alteret ſinũ ꝓfũdi cũ eo qđ poteſt facere de ꝑparatione ⁊ alteratõe naturali faciat. Et ſi nõ eſt ei poſſibile nõ eſt excuſatio qn ſecet vlc⁹ vſq̃ ad radicẽ ſuã ſectione exq̃ſitiſſima que nõ relinquat cauernã: aut qn fiat ut accidat curſus aut meatus in radice ſua p̃ter eius orificiũ talis ut recipiat ſalutẽ. Et obſeruet in hoc diſpoſitio mẽbri: ⁊ an accidat ei timor ex illo. Cũ ergo factũ fuerit illud ſtringat vlc⁹ cũ ligatura incipiendo ab orificio ei⁹: ⁊ perueniẽdo ad radicẽ a qua detectio facta ẽ. ⁊ in ꝑncipio ecõtrario illius: ⁊ ponat ſtrictura in parte ſuperiore in duob⁹ modis ſimul. Et nõ oꝫ ut ꝑueniat cũ ligatura ad dolorẽ. Et qñ nõ eſt tibi poſſibile ut ſcindas adminiſtra ablutionẽ ⁊ iromute ſẽtas faciẽtes naſci ⁊ mũdificãtes quarũ mundificatio nõ deſtruit ei⁹ natiuitatẽ ꝓpter virtutẽ duarum rerũ in eis. Et nos qdẽ iam experti fuim⁹ emplaſtrum apoſtolicon ⁊ fuit bonũ vltimũ conferẽs per medicationẽ: ⁊ centaurea qñ ab ea implet ẽ mirabilis valde: deinde ſiſoton: poſtea ireos: deinde farina herbi. Et abſconſionib⁹ qñ non ſuccurritur nõ adhereat cutis cõglutinatiõe bona. Uerũ eſt poſſibile ut exſiccet cutis ita ut cõglutinet cõglutinatione ſiſi ſane. Et vlcera qdem ꝓfunda ⁊ abſconſiões ⁊ cauernas nõ mũdificãt medicine mũdificatione vltima: neq̃ faciũt in eis naſci carnẽ niſi fiant currẽtes lauantes q̃ in ea inijciũtur cũ iniectorijs: aut mittitur cũ tẽtis ⁊ ꝓpe quando eorꝫ figura nõ eſt figura in mundificatione quorũ ſufficiãt preparatio ⁊ expreſſio ligature ſm ꝙ oñdimus. Et mel qdeꝫ eſt ex lauatiuis ⁊ ꝓpe mixtũ cũ vino. ⁊ in aqua cineris eſt ablutio fortis quã non ſuffert qđ ex vlcerib⁹ parũ eſt ſordidum. Et aqua maris ꝓpinqua ẽ illi qm ipſa lauat ⁊ exſiccat. Et aqua aluminoſa ẽ lauatiua ⁊ cũ hoc ẽ ꝓhibitiua eius qđ attrahit ad mẽbrũ: ⁊ qñ ẽ apoſtema nõ cõuenit aliqđ de illis neq̃ vinum. Et oꝫ ut ponant ſup iſta vlcera ſupra medicinas in ligaturis earũ panni linini ex eis quibus indiget mẽbrũ in rectificatione ſue cõplexiõis ⁊ qbus indiget ad rectificãdũ emplaſtris q̃ interius adminiſtrãtur ⁊ ſup orificiũ vlceris pãnus alius linu⁹ cũ eo quod oportet ex medicamine. Et ſignificatio ꝙ ipm conglutinat eſt paucitas ei⁹ qđ currit ⁊ deſcenſio ei⁹ ad inferiora. Et fortaſſe exꝓmunt ab eo cum ligatura ⁊ virtute medicine hũiditates plurime ſubito: deinde exſiccetur ⁊ conglutinatur.

De curatione vermium vlcerum Ca. vi.

d

Ex rebus conferẽtibus ad illud ẽ ſucc⁹ calamẽti fluuialis: ⁊ medicine quas dixim⁹ in ca. vermiũ auris in libro tertio.

De naſcentia carnis in vlceribus Ca. vij.

o

Portet aut non creſcat caro donec mundificetur aut trahat ad ipm nutrimentum ſi minoratur ⁊ non peruenit ad ipſum. Cuꝫ ergo mundificata ẽ tunc elongetur omne mordicatiuum ⁊ abſterſiuum cum fortitudine qualiacunq̃ ſint vlcera ⁊ vbicunq̃ ſint. Et oportet ut in admiſtratione obſeruẽtur medicinarum faciẽtiũ naſci carnẽ ꝑcepta predicta de eo quod oportet ex ſupfluitate humiditatis: aut ſupfluitate exſiccationis. fac ergo illud quod diximus in ca. vlceruꝫ virulentorum ⁊ non inquantum remanent vlcera humida: aut fuerint ſicca exſiccatione vehementi: imo quantum ad carnem que creatur cum eſt vehementis humiditatis: aut pauce exſiccationis. Et de illis que minorãt exſiccationem eius eſt additio in cera eius ⁊ ipſius oleo ſi eſt emplaſtrum. Et de eis que addunt in ei⁹ exſiccatione eſt ut ingroſſetur ⁊ inſpiſſetur ⁊ minoretur eius vnctuoſitas ⁊ multitudo medicinaruꝫ: aut addatur in eis ſicut mel. Et creatio quidem carnis in eis cum emplaſtris conuenientior eſt ⁊ tardior ⁊ cum pulueribus difficilior ⁊ velocior. ⁊ qñq̃ induratur caro ⁊ ẽ tunc de rectificatione ut puluerizẽtur pulueres ⁊ circũdetur cũ emplaſtris ⁊ vino ⁊ ꝓprie ſtiptico. Medicamen bonũ ad omnia vlcera cũ eo qđ lauat ⁊ exſiccat. Nos quidẽ iaꝫ diximus medicinas creatiuas carnis in. c. vulnerũ: ⁊ fortaſſe rememorabimur de electõribus earũ hic aliquid ⁊ ẽ dignius in hoc loco ⁊ ẽ antimoniũ aduſtum ⁊ ſarcocolla ⁊ glutinũ piſcium ⁊ limacie aduſte ⁊ ſcoria aſcerebacham ⁊ plumbum aduſtum ⁊ acorus ⁊ bereniaſif ⁊ dracontea ⁊ ciperi ⁊ ꝓprie ad ſordida. ⁊ polium eſt forte: ⁊ centaurea eſt vltimum. ⁊ nitrum aduſtum ẽ mirabile in exſiccatione eorum ⁊ ipſorꝫ conſolidatione.

De curatiõe vlcerũ corrodẽtium ſe Ca. viij.

c

Anon vniuerſal in curatione corroſiuorꝫ ⁊ fraudulentorꝫ eſt ut mundificetur corp⁹ ⁊ mẽbrũ ſi fuerit corpus mũduꝫ cũ ventoſis ⁊ miſſione ſanguiſugarũ ſup ipm ⁊ ꝑmutatione cõplexionis ei⁹ cũ epithimatib⁹ ⁊ rectificatione cibi abſq̃ tarditate ⁊ dilatatiõe. nã dilatatio in hoc ẽ ex eis q̃ addũt in malitia eorꝫ. ⁊ qñq̃ facit eẽ neceſſarium ambulatio corroſionis ut incidat mẽbrũ ⁊ confert corroſiuis cũ qb⁹ nõ ẽ putrefactio. Embrocatio cũ aqua frigida ⁊ aqua myrti ⁊ aqua roſ. ⁊ aqua virge paſtoris ⁊ vino ſtiptico ſi nõ fuerit caliditas ⁊ aceto ꝑmixto cum aqua roſ. ⁊ aqua pura plurima ſi fuerit caliditas ⁊ ſilibus ex aquis infrigidãtib⁹ exſiccantibus. Et ſi fuerit illic putrefactio tunc aqua maris ⁊ reliqua de illis que dicem⁹ in ca. putridorum. Amplius melior curatio eorum eſt admiſtratio ſtipticorũ exſiccantium infrigidantiũ ſicut corticces granatorum ⁊ lentes ⁊ folia maſticis: ⁊ ſemen

roſarum τ ſpina egyptiaca: τ grana myrti τ embro
ce harū medicinarū. Et cōſorteni hmōi cū alumi-
ne τ ſilibus: τ ſimiliter emplaſtratio cū folijs aceto
ſe τ ramis eius bulitis cū vino. Et emplaſtratio cū
boloarmeno cōfecto: aut ſirupo acetoſo: aut cucur
bita ſicca aduſta aut arnogloſſa cum ſauich aut fo-
lijs oliuarum.

De curatione vlcerū putridoꝝ τ maloꝝ Ca.ix.

Omni maloꝝ vlcerū curatio melior ē mūdi
h ficatio corporis aut mēbri ipſius ſi corpus
fuerit mūdū cum eo quod mūdificat ipſm
ſolum ex vētoſis ſanguiſugis τ epithimatib⁹ recti-
ficātibus cōplexionē ſm ꝙ diximus multotiens τ
ſilibus τ cibo. Et nō oportet ut ſit dilatatio i curati-
one eoꝝ. nam eoꝝ putrefactio addit ipſorū malitiā
τ oportet ut ꝓhibeant ab eis ſpata calida. Et de ill'
que eā ſedant ē ſemē hyuſquiami albi cum ſauich.
Et iterū cū huiuſmodi vlcera ſupfluunt in corrupti
one ſit neceſſariū ut euellant cū cauterio cum igne
aut cū medicamine acuto aut cū inciſione ut non re
maneat niſi caro ſana cognita per bonitatē ſangui
nis eius aut coloris ipſius τ os ſanū albū mūdū.
Et medicamē quidē acutū accipit oēm oſtracitatē
τ extrahit ipſam τ ſuccurrit cōplemēto eius cū bu
tyro ponēdo deſuper vice vna poſt aliā: iſta enim
licꝫ nō ſint fiſtule neqꝫ oſtracata: tñ ſunt mala frau-
dulēta. Et fortaſſe ſit neceſſarium incidere mēbrū
ut ſaluet ex putrefactiōe ſua. Et embroce q̄ conueni
unt eis ſunt ſicut aqua maris τ aque ṗdicte in ca. fi-
ſtularum. Et cū ſuper iſta vlcera τ alia adminiſtran
tur medicine oportet ut dimittantur dieb⁹ aliquot
τ nō ſoluātur. Et medicine q̄s oꝫ adminiſtrare i iſtis
ſunt ſicut farina ordei τ farina herbi cū aliquātulo alu
minis. aut caro piſciū ſalita ſicca cū aliquātulo me-
dulle panis τ ariſtologia τ radix caul' τ radix ſicle τ
radix cucumeris aſi. τ ſemē lini cōtritū cū calcadis
τ halce cū paſſis aut ficub⁹ cū melle: aut emplaſtra
cū cepa muris decocta cū melle aut caulibus aut cu
curbita ſicca cōbuſta τ folijs oliuarū recentib⁹. Cō
poſitū. ℞. ariſto. τ ſucci foliorū alkerua amborum
ana ptē. i. floris eris ptē. ſ. fiat ex eo linimētū cū aq̄
in ſpiſſitudine mell'. Et fortaſſe ē neceſſariū ut cōfor
tet cū ſucco cucumeris aſi. τ allurie τ ponātur deſu-
per pāni ſicci. Et iterū ariſto. τ gallarū τ olei eq̄les
ptes: fiat ex eis linimētū vlceri τ in circuitu ei⁹: aut
calcis τ colcotar ptes eq̄les arſenici ptē. ſ. Et iterū
allurie ptes. xij. colcotar. x. draganti. i.ij. fiat ex eis
linimētū: decoquant in aceti fortis media cotilla do
nec cōſumat acetū: deinde ſumat ex eis infrigida
tis τ poſtea liniat cū eis vlcus. Et iterū ſumātur col
cotar τ draganti amboꝝ ana. xx. corticū ferri. xvi.
gallarū pforatarū. x. Aut ſumātur ſalis ps. i. alumi
nis vſti τ corticū eris abrotani vſti ps. ſ. Emplaſtrū
bonū ſarcocolla calcucecaumenō τ gallarū τ flos
eris τ ariſto. aggregent cū aliquātulo glutini ut me
dicinis ſit cōglutinatio τ adminiſtret poſt mūdificati
onē vlceris. Medicamē vltimū expertū: draganti
rubei. xxiiij. calcis viue. xvi. aluminis. xvi. corticū
granatorū. xvi. turis τ gallarū amboꝝ ana. xxxij.
cere. xxx. olei antiqui cotila. i. Aliud bonū: plūbi
vſti cū ſulfure eris vſti ceruſe plūbi turis merdaſen
gi climie āmoniaci oppoponaci maſticis omnium
ana. ʒ. ij. adipis renū vacce reſine glutinis alinibat
olei myrtini cere oīuꝫ ana. ʒ. iij. ſoluātur q̄ ſoluēda
ſunt in quātitate equa τ cōficiātur ea q̄ ſoluūtur τ q̄
terūtur cōficiant. Medicamē ꝯferens qđ Gal. τ
alij aggregauerūt. ℞. ſcorie eris. ℥. i. floris eris frica
ti. ℥. i. cere lib. ſ. parua lindris. ℥. i. ſ. fiat ex eis em-
plaſtrū ſm deſcriptionē ſuā ſoluātur ea que ſoluū-
tur τ terant ea q̄ teruntur τ addat cera τ minuat ſm
quātitatē neceſſitatis τ diligāt ut miſceant cum eo.
Et qñ fuerint vlcera difficilis ſanatiōis adminiſtrē
tur in eis carte cōbuſte. Et medicamē ādronij τ cu
curbita ſicca cōbuſta aut lana ſordida cōbuſta: aut
emplaſtrū folioꝝ cypreſſi aut folioꝝ dulb aduſtoꝝ.

De curatione eoꝝ q̄ ſunt difficilis cōſolidationis
τ alioꝝ que ſunt in vltimo malitie Ca.x.

Cias ꝙ vlcera difficilis cōſolidatiōis ab-
l ſolute ſūt ṗter corroſiua τ ṗter putrida ſi-
cut ē cōe ꝓet ꝓpriū. ipſa enī ambo ſūt am
bulatiua: τ cum iſtis qñqꝫ non ē ambulatio τ ſtant
ſm diſpoſitionē ſuā per aliquot ſpaciū. Et iſta ſūt
preter fiſtulas iterū qñ oportet ut ipſa ſint inceden
tia. Et ad vltimū corroſiua putrida τ fiſtule ſunt ex
ſūma difficil' conſolidationis abſqꝫ ꝯuerſione. Alli
erenati vero ſunt vltima in corruptione in elongati
one τ cōſolidatione. Et canon in curatione hoꝝ vl
cerum ē ut ſi cauſa fuerit malitia cōplexionis rectifi
cetur: aut ſi fuerit malitia ſanguinis ponat cib⁹ qui
generet ſanguinē bonū cōtrariū illi: aut paucitas
eius multiplicatio ei⁹ τ dilatatio in cibo bono. Qđ
ſi cauſa fuerit mollificatio τ ſordidatio tunc cura cū
ratione molli τ ſordidi. Et ſi cauſa fuerit exſiccatio
ſuperflua τ nō fuerint fiſtule adhuc tunc cura cum
humectatione equali. Et de eo qđ bonū eſt in illo ē
ut facias ea ſudare cū aqua calida vſquequo ſudet
mēbrū τ rubeat τ inflet: deinde abſtine τ nō per
tranſeas illā quātitatem: qñ attrahes cū eo materi
am plurimā τ nocumētū maximū ad mēbrum. Et
fac ut medicamē poſt illud ſit minoris exſiccatiōis
Et fortaſſe cōfert ponere pānos infuſos aqua tepi-
da. Et qñqꝫ ē neceſſariū fricare vlcus τ fricare mē-
brū ei⁹ τ adminiſtrare emplaſtra attractiua picca.
Et ſi cā fuerit malitia diſpoſitiōis accidētis ei qđ cō
tinet ei eo de carne: cura cū eo qđ ſciuiſti ex ſcalpel
latione τ extractiōe ſāguinis τ ſuccurſu cū exſiccati
uis. Et ſi cauſa fuerit vitis ambulatiua incide eā τ
fac currere ſāguinē ei⁹: aut extrahe eā: qñ multoti-
ens facit quieſcere illud: τ ſi fuerit repletio tūc icipe
cū phlobotomia τ euacuatiōe humoris ei⁹ melācolici ſi
fuerit: deinde obuia vti τ fac currere ex ea ſāguinē
quātū tibi poſſibile ē ut nō accidat ex obuiatiōe tua
ad inuicē qđ ē deteri⁹ vlcere ṗmo: deinde cura vul-
nus qđ accidit ex vite poſtea vlc⁹ difficile. Et ſi cau
ſa fuerit debilitas mēbri τ illud ē ꝓpter malitiā cō
plexionis ſuperflue elongate ab equalitate quam



exiſtimam⁹ ex calore τ frigore τ qđ ſeqtur cōplexio
nes ex raritate ſupflua aut ſpiſſitudine vehemēti: et
primū eſt ut ſequat caliditas τ humiditas: τ ſcđm
frigiditas τ ſiccitas oportebit ut curetur faciēs illud
cum contrario. Et multotiēs qdem contingit ꝙ cā
eſt a caliditate attrahēte materiā τ mittente eā: τ ſūt
neceſſaria in curatione eius infrigidantia ſtiptica.
Qđ ſi cauſa fuerit fiſtula tunc cura curatiōe fiſtule.
Et ſi cauſa fuerit corruptio oſſis qđ ſeqtur ipſū in
cidemus τ detegemus ab oſſe. Et ſi fuerit poſſibile
auferre illud qđ eſt ſup ipſum cū fricatione faciem⁹
τ ſubtiliſſime inquirem⁹: τ ſi nō incidem⁹ τ faciem⁹
illud cui⁹ expoſitio eſt in ca. corruptionis oſſis. In
quit Gal. Fuit adoleſcens habēs fiſtulā in pectore
ſub qua iā peruenerat ad os qđ eſt in medio caſſi
ſui. detexim⁹ ergo ab oſſe caſſi totū illud quod con
tinet ipſm: τ inuenim⁹ iam aduenīſſe corruptionem
τ fuit nobis neceſſariū incidere ipſm: τ fuit loc⁹ cor
ruptus ex eo loc⁹ ſup quem figitur ſuſpēſoriū cor
dis. poſtqꝫ ergo vidim⁹ illud ſtetim⁹ ſtatione vehe
menti in ablatione oſſis corrupti τ fuit finis noſter
dimittere pāniculū tegētem ipſm deinde τ ſeruare
ipſm ſm ſalutem ſuā: τ fuit illud quod continuatur
de hoc pāniculo cum caſſo iam putrefacti. Iterū
inquit: Et nos aſpeximus ad cor aſpectu manifeſto
ſicut illud qđ vidim⁹ cū deteximus ab eo cum volū
tate cū anathomia. Inquit: Sanat⁹ eſt ergo iſte ado
leſcens τ nata ē caro in illo mēbro qđ inciſimus ex
caſſo donec repletū eſt τ cōtinuatū eſt ad inuicē τ fa
ctum ē ſtans int velamē cordis τ velamen ipſum ſi
cut ſtetit cū eo ante illud caput capſule cordis. In-
quit: Et nō eſt hoc mai⁹ qꝫ vulnera in quibus reſpi
rat pect⁹ τ hic dixit ꝙ qñ putreſcūt vene τ antiquan
tur: tūc de eo quod ē rectū eſt ut currat ex eis ſāguis
ſm quātitatem q̄ licita ē in eis. Medicine vero pre
parate ad difficultatē cōſolidationis in dominanti
bus diſpoſitionib⁹ ſūt ſicut ſcoria eris τ flos eris ad
uſtus τ nō aduſtus τ ſcoria alchelebran τ ſcoria re-
liqui ferri τ cōglutinatio auri: fiāt ex eis cerata. τ col
cotar τ draganti τ q̄ ſunt eis ſimilia cū reb⁹ ꝓhibē
tibus attractionē ad mēbrum ſi fuerit ſicut ſunt alu
men τ galle. Et de illis qbus curātur ea que ſūt dif-
ficilis cōſolidationis ē illud qđ. ℞. climie τ ꝯſolida
tiōis auri τ aluminis oīuꝫ ana. viij. floris eris τ cor
ticū eris ana. i. gūmi cypreſſi. iiij. cere τ olei alicuiuſ
quātum ſcis. Et iterū ſumātur cere τ gūmi pini ana
vij. climie. iiij. τ colcotar. vi. τ olei myrtini quantum
ſufficit. Et iterū decoquātur colcotar τ climia cū aq̄
maris aut aq̄ acreſte: aut aqua in q̄ decocta ſūt alka
li τ calx decoctione pauca ſm cōmixtionē nutritio
nis coꝝ in ſole in eſtate: deinde colet ab eis preter ꝙ
fiat ſal deſup aqua maris aut aqua alkali. Et iterū
ſumat eris vſti τ reſine τ ſalis gēme omniū ana. ℥.
ij. cere olei myrtini quātum ſufficit. Et cōferunt eis
medicine fiſtulares qñ exſiccant τ terūtur. Et ex eis
ſūt farie herbi τ ircos τ ariſtologia aduſta τ os vſtū
τ terra turis ſm diuerſitatem quā meretur oē corp⁹
ex cōpoſitione. Medicamē bonū: ſumant lima-
tura eris τ limatura ferri τ cōficiātur cū aqua alumi
nis τ argillent cū argilla rubea τ adurant in furno
deinde extrahātur τ terant τ adminiſtrent puluerizā-
ta aut fiat ex eis τ ex merdaſengi emplaſtrū. Mo
dus emplaſtri aurei boni. ℞. merdaſengi aurei bo-
ni ſiminam vnā cere τ radicis almezerion ana aur.
xxxvi. floris eris aur. xviij. limature auri trite lima-
ture almerdaſēgi ana aur. xl. olei antiqui lib. iij. po
nant ſuper ipſum in ṗmis merdaſēgi τ aurū τ flos
eris: deide reliq̄ue medicine. Et iterū ſumant oſtra
cū furnoꝝ τ cinis venarū τ plūbū combuſtū ablu
tum τ fiat ex eis emplaſtrum cū oleo myrtino. Et
oportet ut ſit illud oleū inſpiſſatū cū merdaſēgi: vbi
gra. ℥. i. τ ex aceti acuti ſplo ipi⁹ τ ex oleo aut oleo
myrtino aut olei aneti. ℥. i. moueat cū facilitate do
nec reſoluat merdaſengi τ iſpiſſet τ nō adurat τ ali
erenati de eis cortices eris τ flos eris τ calx ablūta
ſine exquiſitione: fiat ex eis puluis τ antecedat τ lini
at ea cū melle: deinde pulnerizet ſup ea hunc pulue
rem cōtritū eris partes. ij. cere: diſſoluant digitis in
ſole τ adminiſtrent. aut ceruſe τ aluminiſ ana. viij.
corticū eris ſal gēme turis floris eris corticū grana
torū omniū ana ptes. ij. calcis ps. i. cere. x. olei myr
tini quātū ſufficit. Et iterū merdaſengi olei ana lib.
i. gallarū nō pforatarū ariſto. añ. ℥. i. āmoniaci. ℥.
i. minuti turis. ℥. ij. fiat ex eis linimētū ſup ignem τ
moueat cū radice canne.

De curatione fiſtularum τ corioꝝ que non
conglutinantur Ca.xi.

In fiſtulis vero τ earū indicijs τ ſpēb⁹ ipaꝝ
l iā eſt dictū qđ dictū ē. Verū qđ neceſſariū
ē de regimine curſus virus τ humiditatū
corruptarū ab eis cū ṗparatione aut pforatione iā
declarauimus iterū in locis ante hunc locū. Cura-
tio aūt ꝓpria fiſtulis diuerſificat iterū. Fiſtule enim
aut ſunt recētes currētes: aut ſunt antique quarum
cōcauitates iā ꝓfundate ſūt in carne vehemēter. et
iſte quidē ſunt difficilis curationis. nam illud qđ ne
ceſſariū ē in hoc ē acceptio illi⁹ cōcauitatis toti⁹ cū
inciſione eradicāte ex laterib⁹ cū nouacula aut alijs
aut p cauteriū cū igne: aut cū medicamine τ illud ē
paruū τ ingēti τ ꝓpe qñ ē in vicinitate nerui aut
mēbri ſublimis. Et fortaſſe eger ē declinior ad hoc
ut remaneat illud cū eo τ tolleret illud qꝫ ut patiat
ei⁹ curā. Et fortaſſe ē poſſibile ut exſiccet τ corrodat
ei⁹ caro vnctuoſa fraudulēta intra ipſam τ exſiccet
reſiduum carnis eius mortue: τ conſolidet τ rema
neat quieta ſpacio longo ṗter ꝙ ſit adhuc conſoli
data integre. Et qui vult illud oportet ut mūdificet
fiſtulā a carne fraudulēta vnctuoſa que ē in ea: dein
de impleat eam medicinis exſiccatiuis τ dimittat eā
cum diſpoſitione exſiccationis eius: qñ ipſa rema-
net diu non cadit timor in repletione aut hūiditate
cōplexiōis aut aduētu aque autſitu iacēdi ſup eam
doloroſo: aut offēſiōe aut verberatōe aut tuſſi aut tre
more. De curatione vero eradicationis ei⁹ τ ipſius
cuuſſionis ſcias ꝙ cum ipſa eſt fraudulēta putrida
antiqua nō eſt medicamē niſi abciſio cū aduſtione

aut cauterizare eam cū igne ſm φ oſtendim⁹ cum pforatione meatus toꝛtuoſi int̄ meatus eius ut ſciatur intētio cauterij ⁊ penetratio cū cautela intētiōis eius donec coquat uel cauterizet ⁊ abſcindat. Et cauteriū cū medicinis acutis ē ſicut ſunt ſal ammoniacū ⁊ arſenicum ⁊ ſulfur ⁊ flos eris. Et argentum viuum ē de ſūma eoꝝ: extinguatur argētū viuū ⁊ miſceatur cum tanto limature ferri quātum ipſū eſt: ⁊ alkali quātū eſt eius medietas: ⁊ calcis quātū eſt eius medietas ⁊ ſublimet in aluthel aut ꝓcedat in kimina ſm φ ſciunt illi qui occupati ſūt cū hoc capitulo ⁊ ſublimetur ſicut ſal. Cū ergo ponitur ex eo ſuper fiſtulam ⁊ inflāmatur ⁊ aſſatur ⁊ ſepat a carne quod recipit cū foꝛcipibus ⁊ extrahat ⁊ aſſiduet cibatio mēbꝛi ex butyro vna hoꝛa poſt aliā ut quieſcat doloꝛ: deinde curetur curatione vlceꝝ. De fiſtulis vo que ē recēs currēs opoꝛtet ut abluat cū medicinis foꝛtibus ſicut kitrā ⁊ aqua cinerum ⁊ aq̄ maris ⁊ ſicut ſalſa ⁊ aqua ſaponis permixtis cū ea arſenico ⁊ ſale ammoniaco ⁊ aqua ſublimata ⁊ calcuceccaumenō ⁊ ſale ammoniaco ſicco ⁊ ex ſanſuco nō currēte ⁊ aqua in qua decoquūtur alkali ⁊ calx. Cum ergo mūdificata fuerit coꝛticū oꝛoꝝ ⁊ calx. Cum ergo mūdificata fuerit ponatur ſuper eam medicamē de kerua. Et emplaſtrū de arſenico reiterato in medicinis algarab ē mirabilis iuuamēti. Et medicamē Gal. alcartuſin: Et medicine cōpoſite ex dꝛagaganto ⁊ calcadis ⁊ ere vſto ⁊ floꝛe eris ⁊ que ſunt ſilia illis: ⁊ ex centaurea ⁊ farina herbi ⁊ ireos ⁊ ſuructas. Etiam expta ē radix ſcolopēdrie: nā ipſa cum fiſtula implet ex ea ſanat ipſū. Et ſiliter cum fiſtula iplētur ex helleboꝛo iterū ⁊ dimittit trib⁹ diebus ſanat ipſam: ⁊ ſiliter albi ſenū ⁊ ſiliter ſuccus cucumeris agreſtis cū glutino albotin: aut ſuccus radicis almaroth: aut flos eris aut ammoniacū ⁊ calcadis ⁊ dꝛagātum ⁊ colcotar ⁊ gūmi cum aceto. Aut ſumatur vꝛina infātū ⁊ ſine ceſſatione teratur in moꝛtario plūbeo donec inſpiſſetur ⁊ exſiccetur ⁊ adminiſtretur. Medicamen quo vtūtur illi de alexādria: oppoponaci dꝛaganti aſſari ⁊ colcotar ⁊ floꝛis eris ⁊ aluminis omniū aā. pars. i. cātaridaꝝ pars. s. fiat puluis aut emplaſtrū aut aggreget cum aceto in quo decocte ſunt cantarides ⁊ foꝛtaſſe ponit cum eo mel. Et iterū ſumātur aloes ⁊ flos eris ⁊ merdaſengi ⁊ coꝛtices ouoꝛum calcinati qd̄ eſt eis foꝛti⁹ pliū ⁊ pmiſceant. Et iterū medicine foꝛtes quas diximus in caplo eoꝝ q̄ ſunt difficilis cōſolidationis. Et cū apparet caro bona admiſtra cōglutināttia facientia naſci carnem. Et quando ē ꝓpe eam os coꝛruptū tunc opoꝛtet ut rectificetur ⁊ curet curatione ſua. Et cū vides humiditates virulentas minoꝛari aut ſanioſas redire tunc iam curatio confert.

De carne addita ſup vulnera Ca. xij.

In curatiōe illi⁹ ſūt neceſſarie medicine abſterſiue ⁊ exſiccatiue: ⁊ quātomagis ſūt minoris moꝛdicatiōis tāto ſūt melioꝛes. Et oꝫ ut non expectet hic de adiutoꝛio nature qd̄ expectat in naſcētia carnis: naſcētia eni carnis ē op⁹ nature. Et oē qd̄ nā naſci non facit ſin e ſit cum adiutoꝛio medicine aut abſq; ei⁹ auxilio ē cōtrariū opationi nature. ꝓpter illud igitur oꝫ ut ſit pliū ſuſtētationis ſup medicinā. Et ſcias φ trociſci facti ad hoc nō cōferūt illi qd̄ ex ea antiquū eſt: imo recent i. Qd̄ ſi ex eis fuerit aliquid neceſſariū tūc opoꝛtebit ut in faciēdo trociſcos ſit cōſeruatio ⁊ reponātur i loco quē non coꝛrūpat aer. Et iam laudāte ſunt ad hoc feces aceti: ſed illud nō eſt apud me penitus ſanū ⁊ facere eos trociſcos ⁊ foꝛmas ſiles auellanis ē magis cōſeruans virtutē. Qd̄ vo dicitur φ ipa indiget ut imbibat aqua calida de arſenico ⁊ alijs eſt illud qd̄ ꝑparat eā ad reſolutionē vtutis ⁊ adiuuat aerem coꝛrumpētē eā. Et medicamē qdē qd̄ ē groſſius ⁊ fixioꝛis virtutis ē magis iuuatiuū in hoc capitulo nō ex pte vtutis qm̄ foꝛtaſſe ſubtile ē foꝛtius ſed ꝓpterea φ paſſio ei⁹ ex aere ⁊ hūoꝛib⁹ cōmixtis eſt timoꝛ ⁊ fixio ei⁹ cū diſpoſitione ſua eſt maioꝛ. Et iſte medicine ſūt ſicut coꝛtices eris ⁊ oſtraca aduſta ⁊ due ſpēs eritioꝝ aduſtoꝝ cū carnib⁹ ſuis: verum eritij remanent ⁊ conſtringūt carnē plus q̄ opoꝛteat. ⁊ foꝛtius de illis que numerauim⁹ ē flos lapidis noiati elie: ⁊ foꝛtius eo ē ſcoꝛie ⁊ glutinū auri ⁊ colcotar: ⁊ dꝛagāti aduſtionis minoꝛat virtutē coꝛū ⁊ eſt moꝛdicatiōis ſilis ⁊ addit eoꝝ ſubtiliationem. ⁊ flos eris ē foꝛtis ⁊ nō eſt ſicut ziniar ⁊ ꝓpe factū ex coꝛticib⁹ eris. Et ex eis que coꝛrodūt carnē additam ē ut ſumant alkali ⁊ calx nō extincta: ⁊ dimittantur in ſexcuplo ſui aque in ſole ſeptē dieb⁹ ⁊ moueātur oi hoꝛa donec ingroſſent ⁊ fiāt ſicut lutū: ⁊ fiāt ex eis trociſci ⁊ adminiſtrent. Et ſilit trociſcus fiet liceus ⁊ vnguētū viride ē mirabile ⁊ viride factū cū ſale gēma. Et vnguentū qd̄ noiat aleſcoꝛexelin coꝛrodit carnē ſine moꝛdicatiōe. ⁊ medicamē dudume ⁊ medicamē dianoꝛ: ⁊ medicamē factū ex coꝛticibus eris ⁊ minuti taris ē cōueniēs carni male: ⁊ accipit humiditatē ſicut cottū: ⁊ oēs medicine facte ad hoc ut mittant in naſum.

De regie vlcerū diſruptoꝝ p⁹ ꝯſolidatōez Ca. xiij.

Curatio poſt eoꝝ diſruptionē ē ut accipiat caro mala: ⁊ os qdē ſeqt eā: deīde occupe ris in deſiccatiōe ei⁹ ſm φ ſcis. Et extrahētia oſſa foꝛtaſſe ſūt cū medicinis attractiuis ſic ſūt folia papaueris nigri emplaſtrata cum folijs fici ⁊ ſanich aut ſemen hyuſquiami albi ⁊ calcadis equalibus partibus emplaſtrata.

De eradicatōe veſtigioꝝ vlcerū ⁊ vulneꝝ Ca. xiiij.

Indiget eradicatio veſtigioꝝ vlcerū ⁊ vulnerū medicinis abſterſiuis foꝛtis abſterſionis mūdificatiuis: ⁊ ſint vtutes eaꝝ ꝓxime vtuti ei⁹ qd̄ abſtergūt ergo curet foꝛte cū foꝛti ⁊ qd̄ ē min⁹ eo cū eo qd̄ ē min⁹ eo. Medicie aūt mūdificātie foꝛtiū vtutū ſunt vbigra: ut ſumat ſquama ferri cū lacca ⁊ triſera ⁊ liniat deſup calx ⁊ mel aut ſucc⁹ calamēti ⁊ albugo oui ⁊ ariēicū ⁊ lapis pipis. Medicine aūt leues leuib⁹ ſūt fabe ⁊ farina ciceris ⁊ ſemē raphani ⁊ lutū molle rarum ⁊ coꝛtices melonis. Et adeps aſini ē bona valde ⁊ ꝓpe qm̄ aſſociant ei qdā



ꝓdicta. Veſtig'a aūt vlceratōis aut vberatōis abſterſio cū oleo de lilio delet velocit. Ampli⁹ trociſci quos ego dicā in ca. decoꝛationis.

Tractatus q̄rtus de ſolutōe ꝯtinuitatis neruoꝝ ⁊ qd̄ non pendet cū reſtauratōe de ſolutōe ꝯtinuitatis neruoꝝ.

Capitulū ꝑmū de vulnerib⁹ neruoꝝ ⁊ quē currūt curſu eoꝝ.

cooperiatur cū puluillis infuſis i oleo ⁊ cibetur infirm⁹
⁊ curetur cū eo quod ſedat apoſtema calidū ⁊ reſu-
pinetur ſup lat⁹ qđ leue ē ſup ipſm.

De eo qđ accidit ſpōdilib⁹ de fractura Ca. viij.

Inquit paulus: Rotūditatib⁹ ſpōdiliū ac
i cidit qn̄qꝫ attritio: ſed fractura parū acci
dit ⁊ tunc minuitur ſiphac ⁊ nuche ⁊ nucha
ipſa: ⁊ cōicant eis ambabus nerui in nocumēto ⁊ ſe
quitur ea vtraqꝫ mors ſi accidat illud ſpōdili colli. Et
ꝓpter hoc oꝫ ut ꝑmittam⁹ ſermonē ⁊ enūciemus per
ditionē ſictā. Et ſi ē poſſibile ut ꝑſumam⁹ ⁊ auferā-
mus oſſa ledēs cū ſciſſione tūc illud eſt: ⁊ ſi nō oꝫ ut
viſitemus eos cū regimine qđ ſedat apata calida.
Et ſi remanet aliqđ ex ꝑtibus eminētibus ſpōdilis
ex qua ſunt que noiantur ſpine. Nā illud cadit velo
citer ſub digitis cū volum⁹ eius cōminutionē: qm̄
illud quod conīcitū ē mouetur ⁊ ſeparatur a loco ſuo:
tunc oꝫ ut auferatur illud ſcindēdo cutē exteri⁹: dein
de aggregetur cū ſutura ⁊ adminiſtretur in eo curatio in
carnatiua. Et ſi frangitur os alkaet in inferiore ꝑte
alchatiz ⁊ alohoſos tūc intromittatur digit⁹ index ſi-
niſtre manus in anū ⁊ equet os fractū cū eo ⁊ cum
manu altera ſm q poſſibile ē: ⁊ ſi ſenſerim⁹ os fra-
ctū iā ſeparatū eſſe tunc oportebit iterū ut auferatur
cū ſciſſione ſicut diximus: deinde adminiſtretur liga-
mentum quod conuenit ano ⁊ curatio ꝯueniēs ei.

De fractura adiutorij Ca. ix.

Os adiutorij cū ſpargitur ſm plm nō decli-
o nat niſi ad exteriora q̄re oꝫ ut tu facias il-
lud quod oꝫ fieri in reditiōe fracture ei⁹ ſi
cut ē ſm q ſciuiſti. trāge ipſam manu tua ⁊ equa eā
tione vltima ⁊ liga eā cū ligamēto aſcēdente etiam
vſqꝫ ad humerū ⁊ ſtringe cū eo ſic ē ꝓxima illi: dein
de ligamēto cōi ſm q ſciuiſti etiā vſqꝫ ſub cubito ſi
fuerit fractura ꝓpinqua cubito: poſtea liga ipſam li
gamēto tertio aſcēdēte ab inferiori vſqꝫ ſuperius et
ſuſpēde manū angulariter ne multiplicetur ei⁹ ſuſpēſio
extēdendo: qm̄ eſt malū. Et meli⁹ quidē ē ut ſtringatur
adiutoriū ad pect⁹ ſm angularitatē in cubito ut nō
moueatur ⁊ ꝓpterea qm̄ fractura ē ꝓpe cubitū. Ergo po
ne ſup ligamēta aut aquā ⁊ acetū aut aquā ſolam ſi
fractura adhuc non apatur ⁊ fac ipſā ex lino cui⁹ latit
udo ſit quatuor digitorū nō plus. Et ſi iā ſupuenit
ei ſpaciū: ⁊ apa eſt: tunc pone ipſam ex lana et ablue
ipſam in oleo ſi tibi poſſibile ē. ⁊ ſi nō fuerit aliquid
ꝓhibēs non ſoluas vſqꝫ ad ſeptē: ⁊ qđ ē poſt eos
vſqꝫ ad decē: tunc ſolue ⁊ liga cū aſtellis. ⁊ ſi deſcen-
ſio vocat te ad aliud tunc ſolue in tertio ⁊ ē illud ad
quod inclinat Hyp. qm̄ aufert nocumēta licꝫ noce
at reſtaurationi. Verū in q̄litate ponēdi aſtellas oꝫ
ut ſufficiat tibi illud qđ tibi declarauim⁹ in ca. ſuo
⁊ non ſepares ab ea ſtricturā ad minus vſqꝫ ad. xl.
dies. Et quando indiget ſm cōſuetudinē extenſiōe
vehementi ⁊ nō obedit tibi ⁊ non excuſaris auxilio
alicuius adiuuantis te: tunc fac ſedere infirmum ſu
per ſedem ſubleuatam: ⁊ ſit ad ſtantē plus declinis
q̄ ad ſedentem ⁊ appodietur ſuper gradum ſcale:
aut quod ſimile ſit ex eis que ſciuiſti in ca. diſlocati-
onis. ⁊ locus ille ſit planus factus ⁊ mollificatus et
linitus: deinde ſuſpende in humero eius aliqđ gra
ue extendens ipſum ad inferiora. cum ergo extende

ris extenſione queſita: tunc ligā cum vitta forti ſub fractura ⁊ ſupra illam ⁊ fac dormire infirmum reſupinum ⁊ extende illud quod ligaſti vitta cum fortibus vittis vſq; ſubtus ⁊ ad ſuperiora. in illo enim ē ſufficientia. Et quando fractura eſt in medio adiutorij pone ligamētū cū longitudine vna a duabꝰ extremitatibꝰ iuncture. ⁊ ſi fuerit ꝓpinquior ad latus pone ligamentum vehementioris ꝓpinquitatis extremitati lōginq̄ ne q̄ʒ alij. ⁊ ſi fuerit ſciſſura ſola tūc cura eſt curatio ſciſſure: ⁊ ſtringatur ſuper eam ligamentum.

De fractura brachij Ca.x.

a Ccidit qn̄q; ut frangantur duo focilia ſimul. Et qn̄q; accidit ut frangat vnū eoꝝ. Et fractura focilis inferioris ē vehementior ⁊ turpior q̄ʒ fractura focilis ſuperioris: qm̄ ſingulꝰ ſit fractura vniꝰ eorum: ⁊ illud ideo: qm̄ focile inferiꝰ eſt brachiū deferēs: q̄re eius fractura ē deterior: et qm̄ eſt nudū carne tunc eſt fractura turpior. Et iteꝝ ſuperius focile ſuſcipit curationē: ⁊ ſufficit ei extenſio parua ⁊ nō ſimiliter ē inferius: ⁊ ꝓpter ē ſi frangant ſimul. Et oꝫ ut ſuſtentet apud extenſionē adiutorij ſup alchol ⁊ eſt radix vole. Et cognoſcitur ſtrictura ligamēti: qm̄ ſi accidit ex ea ī digito apoſtema paruū aut dolor paruus tūc ligamētū ē equale. ⁊ ſi nō ē tunc ē molle: ꝙ ſi ē ꝑlim ſuperfluum tunc ē vehemens ⁊ oportet ut mollificetur. Poſitio autē aſtellarum non ē ex illis que occultētur tibi: ſed oportet ut nō cōſequant cū longitudine ſua volā ⁊ radices digitorū: imo abbreuient ab hoc parūper niſi neceſſariū faciat illud ꝓpinquitas fracture iūcture raſcete tali. Uerū tūc iterū oportet ut nō tāgat albaragi digitoꝝ. Et cū reſtauratur ⁊ ligat oꝫ ut ſuſpendat ad collū ſm figurā angularē. Et oꝫ ut ſit ſuſpenſio eiꝰ ꝓpter ſi ē eius fractura ad inferiora cū panno cuiꝰ latitudo capiat longitudinē brachij totiꝰ: qm̄ ſi ſuerit obuiatio ſuſpenſorij ꝓpter fracturā ⁊ reliquū eius ſeparatum a ſuſtentatione accidet tortuoſitas ꝓculdubio: ⁊ declinatio ſup illud qḋ facit ipſam ſicut volam imo oꝫ ut ſit vola: ⁊ ꝑlim brachij in ſuſpenſorio. At vo ſi fractura fuerit ad ſuperiora oportebit ut ſuſpēſio ſit ita ut videat fractura ⁊ eleuet duas extremitates ex latere vole ⁊ ex latere cubiti. Qḋ ſi ſeparatur qḋ eſt inter illud erit adiuuās ipſm ad equationē figure: ⁊ ſit ſuſpēſoriū pannus lenis: ⁊ ſit ſuſpēſio taliſ ne vllo mō ſit poſſibile moueri: ⁊ ut nō dilatet ipſū dilatatione laborioſa. Et fortaſſe accidit brachio ut reſtauret in latitudine circiter viginti ⁊ octo dies.

De fractura raſcete Ca.xi.

o Sſibꝰ iſtis parū accidit fractura: qm̄ ipſa ſūt dura valde. Et quando aduenit eis cā aliqua remouet ea a locis ſuis ⁊ nō frāgit ipſa quare ſunt vlima ad curationē: quēadmoduʒ diximus in diſlocatione.

De oſſibus digitoꝝ fractis Ca.xij.

i Stis iterum parum accidit fractura: imo accidit ſeparatio. Dixerunt quidaʒ. Si accidit eis fractura oportet ut ſedeat īfirmꝰ ſuper ſedem eleuatam ⁊ precipiatur ei ut ponat volam ſuper ſedem equalem ⁊ extendat oſſa fracta miniſter ⁊ equet ea medicus cum pollice ⁊ indice. Qḋ ſi pollex fuerit inclinatus ad inferiora tunc oportebit adminiſtrare ligamentum deſuper: ⁊ fortaſſe accidit apoſtema calidum. Et ad locum mollificationis horum oſſium aggregatur ſuperfluitas plurima ⁊ coagulatur velociter: quare ſtringitur. ⁊ ſi accidat fractura ſulemi aut digito ſi ex pollex oportet ut ligetur ligamento proprio ei: ⁊ ut ligetur iterum cum vola ut firmetur ⁊ non moueatur. Et ſi accidit fracture alicui reliquoruʒ digitorum ſi fuerit index aut auricularis tunc ligetur cum illo qui approximat ei. Et ſi eſt de digitis medijs tunc ligetur cum illo q eſt ex latere eius: aut ligētur omnes ſm continuitatem ad inuicem: quoniam ē melius. Firmantur eñ ⁊ non mouentur ⁊ ſunt tunc quaſi ligati ſint cū aſtellis ſcʒ oſſa fracta.

De fractura oſſis lati ⁊ anche Ca.xiij.

o S anche qn̄q; frangitur: ſed raro cum diſpoſitiōe fortitudinis ſue. Et accidit illud ei ſm ſemitam cōminutionis extremitatū ⁊ quandoq; finditur in longitudine: ⁊ quandoq; impellitur intus ad ventrem. ⁊ accidit poſt iſtas diſpoſitiones iterum ex dolore ⁊ punctura ⁊ ſtupore cruris ⁊ coxe ꝓximuʒ ei quod accidit adiutorio ex fractura humeri. Et quando frangitur os latuʒ qḋ eſt ſupra alohoſos: aut findūtur ut ligna lacerti eiꝰ fit res difficilis in rectificatione eius: quare fit vna duarum ancharum declinis ad diminutionem. Et cura eius ē ut iaceat infirmus ⁊ incipiant duo homines fortes extendere duas coxas eius ſcʒ quiſq; eorum extendat coxam: ⁊ iam ante tenuerintꝰ manus eius ut non feſtinet ad expellendum illum qui extendit coxam eius. ⁊ incipiant duo reſtauratores comprimere ancham eius cum vehementia ⁊ fortitudine donec equetur: deinde preparent ſuper eam emplaſtruʒ: poſtea reſupinetur ſuper aliquid qḋ ſit ſicut glomer ex pāno aut ei ſimile ex illis q̄ habent duritiem. Et hoc q̄dē eſt ꝓximū ei cū quo curatur ſpatula iterū. ⁊ qn̄ frangit ex latere anche tūc cura eius ē cura humeri. Et oꝫ ut adminiſtret humectatio ſup ligamentū ⁊ equent puluilli ſicut oꝫ: ⁊ eſt neceſſe ut ſit ſuſtentatū ſuper locū planū.

De fractura coxe Ca.xiiij.

c Um coxa frangitur neceſſaria ē extēſio vehemēs: deide equet ſm formā nālē q̄ eſt ei. Et ē gibboſitas ſilueſtris ꝑte eiꝰ ⁊ ꝯcauitas pauca in eius domeſtico ſm ambulationem forme que eſt ei in ſanitate. Et obſeruentur in diſpoſitione fracture medij eius: aut extremitatis eiꝰ ſuperiora et inferioris diſpoſitionis q̄ dicte ſunt in ca. adiutorij ⁊ ſit ſtrictura ad ſuperiora ꝯſeruās ⁊ retinēs. Dixerūt qn̄ frāgit cōuertit ad loca anteriora ⁊ ad exteriora. Et illud ideo ē: qm̄ ipſa ē lata ab hac ꝑte ꝑ naturaʒ ⁊ equet manibꝰ ⁊ ligamētis ⁊ ſpēbus extenſionis q̄ ſūt ſm equalitatē: aut cū ſtrictura vnius duarum ligaturarū ſupra fracturam in medio. Si ſit fractura



fuerit inclinata a medio ⁊ fuerit ꝓpinq̄ capiti coxe: tunc ſumat ligamentū ⁊ inuoluat in medio eiꝰ lana vt nō incidat carnē ⁊ ponat mediū eiꝰ ſup pectinem ⁊ aſcendant extremitates eiꝰ ad partē capitis ⁊ dent miniſtro vt retineat eas ad inferiora. Et ſi fractura fuerit in eo qḋ ſeq̄t genu: tunc nos ponemꝰ ligamentū in ſuperiore ꝑte fracture: ⁊ eleuabimꝰ extremitates eiꝰ ad illū q extēdat eas ad ſuperiora ⁊ teneat genu cū ligamēto inuoluēs ipſm deſup. Et equet mēbꝝ iſtud infirmo iacente ſup facieʒ ſuā ⁊ crure eiꝰ extenſo. Et ſi fuerint oſſa pungētia: tūc oportet vt equētur ſicut diximus multotiēs ⁊ q̄ ex eis eleuant capiant. Regimē vero ſit ſm ꝙ diximꝰ in curatōe adiutorij. Et os quidē coxe ſtrigit in .l. noctibꝰ. Et ego enūciabo quō oportet vt ſit ſitus eiꝰ poſtq̄ʒ aggregat curatio cruris. Et oportet vt ponatur inter duas coxas tūc pila de ligno ⁊ ei ſimilibꝰ ſeruans eā ad formā ſm quā eq̄ta eſt ⁊ reſtauret reſtauratōe cognita ſm ꝙ intelligit ꝓpter illud qḋ accidit de apoſtemate ⁊ pruritu. Et qn̄ accidit ſup coxam: nam eſt apoſtema forte et eſt ex eis q̄ feſtinant ad coxam: tūc oportet vt ꝓpe ꝑ ueniatur ad ſoluēdū vt reſpiret ⁊ extēdat apoſtema. Situ q̄dē iam ſciuiſti embrocas ꝓpas. Uerū in canalibꝰ ⁊ albaranach ⁊ ſunt tabule magne in quibꝰ eſt parū ꝯcauitatis vt decent cōponant ſup inuolutiones capiant lōgitudinē pedis: ⁊ qm̄ ſi breuiant ⁊ nō reſtaurant ſup crus ⁊ abſcindūt infra illud vtilitas nō eſt vtilitas q̄ſita. Et ſi ꝓlōgant erit infirmus ex eis in labore licet ſi ipſe abbreuiēt nō erit expers laboris. ⁊ vtilitas elōgatōis eaꝝ eſt vt ꝓhibeāt iteꝝ ꝑtē ſanā pedis moueri cū fuerit motꝰ illiꝰ q̄ntitatis nocuꝰ fracture ⁊ ꝓpe in diſpoſitōe dormitatōnis ⁊ ſomni. Et neceſſitas hoꝝ inſtroꝝ non eſt niſi in fractura magna valde: ⁊ nō eſt poſſibile cū hoc vti eis niſi anteq̄ʒ apoſtemet: qm̄ apoſtema nō tollerat huiuſmodi. Et ad vltimū eſt grauitas ⁊ malitia ⁊ labor ⁊ oportet vt fugiat ab eis dū exceptio ꝑſeuerat cum ingenijs alijs. Situs aūt reſtaurate coxe oportet vt ſit ſm ꝙ fuit ꝯſuetudo eiꝰ in ſanitate de aſſiduatōne ꝯſtrictōis ⁊ dilatatōis. Et illud qḋ eſt magis vincēs eſt dilatatio. Et ſcias ꝙ ille cuius coxa ⁊ ancha ſunt fracte parū denudatur a claudicatione. ⁊ qn̄ abſcinduntur fruſta lacertorū eius mandat prius: deinde minuitur ſecundo.

De fractura rotule poplitis. Ca.xv.

r Otula parū frangit ⁊ ſm plurimū ꝯterit. Et cognoſcit illud qḋ accidit ei tactu ⁊ aſperitate ⁊ cū vacuitate q̄ intelligit cū tactu ⁊ audit aure. ⁊ oꝫ in curatiōe eiꝰ vt extēdat crus: deinde intromittat rotula in locū ſuum ⁊ ſi ſeparata fuerit aggreget ꝑus: deinde intromittatur.

De fractura cruris. Ca.xvi.

q Uando frāgit os paruū cruris eſt ſaluꝰ q̄ʒ ſi frāgat os magnū. ⁊ qn̄ frāgit arūdo prima ſuperior ē inclinatio ad exteriora ⁊ an̄: ⁊ ē ābulatio cū hoc poſſibil. ⁊ ſi frāgit arūdo mag inferior declinat crus ad exteriora. ⁊ qn̄ frāguntur vtreq; arūdines ſimul: tūc eſt deteriꝰ. ⁊ tūc q̄dē accidit cruri inclinatio ad oēs ꝑtes. Et ſcias ꝙ curatio fracture cruris ē ſm ꝯſiderationē curatōis adiutorij ⁊ in eiꝰ ſilitudine ⁊ nō eſt diſpoſitio cruris in tortuoſitate q̄ accidit figure ſue nāli ſicut diſpoſitio adiutorij: imo ē rectū: q̄re oportet vt ſit extēſio eiꝰ ad hoc vt redeat ad rectitudinem.

De calcanei fractura. Ca.xvij.

c Alcaneꝰ ē excuſatꝰ a fractura ꝓpter duritieʒ ſuā ⁊ ꝑ circūdatōeʒ defēſionū. Et ꝑlim eiꝰ qḋ accidit ei nō eſt niſi diſlocatio ⁊ iam dictum eſt de ea.

De fractura tali. Ca.xviij.

f Ractura tali eſt ꝑua ⁊ eiꝰ curatio ē difficil. Et plurimū q̄dē frāgit cū cadit hō ex loco lato: qm̄ ꝯterit ſupiꝰ pedis. ⁊ fortaſſe accidit cū eo attritio oſſis cū curſu ſā. ad vētres q coagulatur in eis. ⁊ qn̄q; ꝑducit ad egritudinel magnas ex febre ⁊ ꝑmixtiōe rōnis ex tremore ⁊ ſpaſmo pedis. Cū ergo accidit in eo apoſtema ꝯgelatū qḋ non apparet ⁊ nō egredit ⁊ apparet iam tenebroſitas q̄ nō fuit ē ſignū malū ſignificās ꝙ ē in via putrefactōis. Si aūt ē aꝑa apparēs impellens manū: tūc ē meliꝰ ⁊ fortaſſe fit facil eiꝰ eruptio. Et qn̄ talus reſtauratꝰ deambulatio eſt doloroſa ſup ipſm. ⁊ qn̄ nō reſtaurat talus ſm ꝙ oportet deſtruit iuuamentum.

De fractura digiti pedis. Ca.xix.

c Uratio eoꝝ in fractura ⁊ diſlocatōe ē curatio digitorum manus. Et quandoq; reſtaurator equat eos pede ſuo calcādo eos cum eo

Expleta eſt fen. v. li. iiij. quaʒ ſequit fen. vi. eiuſdē de venenis.

Fen ſexta libri quarti de venenis: ⁊ eſt quinq̄ʒ tractatuum.

Tractatus ꝑmus eſt de radicibꝰ eius qḋ ſcit de diſpoſitōibꝰ venenoꝝ ebibitoꝝ ⁊ diſtinctōe ſermonis in curatōibꝰ venenoꝝ q̄ nō ſunt ex aīalibꝰ: Caꝰ ſūt ſūme tres.

Sermo vniuerſal de cautela a venenis q̄ in potu dant ⁊ curatōe eoꝝ. Ca.i.

q Ui timet ꝙ in potu ſumat venenuʒ oportet vt ſibi caueat a cibꝰ dn̄antiū ſaporum in acetoſitate aut ſalſedie aut acuitate aut dulcedine dn̄antiū odoꝝ. Ipſi eñi frāgūt ꝑ illḋ qḋ ponūt ⁊ odorē eiꝰ. ⁊ oꝫ vt nō ꝑmittet ei aliq̄d ex eis q̄ diximꝰ ſup famē vehementē ⁊ ſitī vehementē: vnaq̄q; eaꝝ eñi occultat illḋ qḋ oportꝫ vt detegat ei ꝓpter vehementiam voracitatis. ⁊ iteꝝ q̄r cū replet cibo ⁊ potu ⁊ cū in potu ſumit venenū: accidit veneno duo accidētia. quoꝝ vnū ē ꝙ ſepelit in vacuitate eiꝰ quo repletꝰ ē. ⁊ ſecūdū eſt ꝙ vene ſūt plene: q̄re nō īuenit venenū ī eis penetratōē: ⁊ fortaſſe ē in eo ſapor rei repugnāſ veneno. Et neceſſariū eſt ei iteꝝ vt ipſe ſit ſuſcipiēs ſm viā ꝯſuetudis medicinas expellētes nocumētū venenoꝝ ſicut mithridatū: nā eiꝰ ex

pertum eſt iuuamentū: ⁊ ſicut ↄfectio de bolo ar. Et
aliſr ſicꝰ cū folijs rute ⁊ nucibꝰ ⁊ ſale trito. pōdera vo
ſunt: qm̄ ſumanſ rute ſicce partes. xx. nucū ptes. ij.
⁊ ſal q̄nq̄ ⁊ ficuū ſiccaꝝ ptes. v. Et algeduar eſt mi-
rabile in expellēdo nocumētū venenoꝝ omniū ⁊ ſa
cit fiduciā iterū. Et ego nō verifico an ſint due medici
ne aut vna medicia. Et iteꝝ ſeīs napi ꝑui pōdꝰ. ℥. i.
℥. decoquaſ cum vino decocto ⁊ ruta ⁊ ſal etiam ſiſr
Et neceſſariuȝ eſt cauēri vt nō ſit oīs cautela eiꝰ in ci
bo dato ab alio: aut ꝙ in potu ſūit q̄n: qm̄ forſitan
accidit ei vnde nō exiſtimabit: imo q̄nq̄ ↄtigit vt ca
dat res maligna ſicut lacerta ⁊ ratela ⁊ ſcorpio i eo
qd̄ decoq̄tur ⁊ in vaſis in quibꝰ eſt vinū. Plurima
nāq̄ venenoſoꝝ diligunt odorē vini ⁊ currunt ad
ipſum. ⁊ q̄nq̄ moriūtur in eccubis: ⁊ q̄nq̄ bibunt
ex eo ⁊ euomūt in ipo. Et propter hoc oportȝ vt ca
ueantur tecta ⁊ qd̄ eſt ſub arboribus magnis ⁊ her-
boſa loca.

De ſermone vniuerſali de venenis que bibunſ. Capitulum. ij.

Pecies venenoꝝ ſūt due. ſ. faciēs operatio
nē ſuam cū q̄litate q̄ eſt in ipſo. ⁊ efficiens
cū forma ſua ⁊ tota ſubſtantia ſua. Et pri-
mū quidem aut eſt corrodens putrefaciens ſicut le-
pus marinus: aut inflāmans calefaciens ſicut euforbiū: aut infrigidans ſtupefaciens ſicut opiū: aut opi
lans vias anhelitus in corpore ſicut plumbū vſtum
Efficiens autē cū tota ſubſtantia eſt ſicut napellus ⁊
ſicut alhelil qd̄ dicitſ eſſe gūmi napelli: ⁊ ſicut cornu
ſpice: ⁊ ſicut fel leopardi ⁊ q̄ ſunt illi ſilia. Et hec ſunt
deteriora venena. Et iterū de venenis ſunt que agūt
ſup vnū ⁊ idem membꝝ: ſicut cantarides ſup veſi-
cam ⁊ lepus marinus ſup pulmonē. Et de eis ſunt
que agunt ſup totū corpus ſicut opiū. Et oē quidē
quod interficit cū permutatōe cōplexionis: aut pu-
trefactione: aut cū aduentu ſup membꝝ: poſſibile ē
vt ſit effectus poſt tempus licet putrefaciens quāto
plus remanet in corpore tāto plus eſt effectus ei de
terior. Et ſalus ex eo eſt cū reſolutiōe accidente ei ꝑ
ꝑ illā quod ſuccedit ei per ſudorē ⁊ ſimilia: aut per
curationē contrariam. Et ſcias ꝙ nocumentū nar-
coticoꝝ in cōplexionibus calidis ex parte eſt fortiꝰ
⁊ q̄cūq̄ duarū fuerit dominans erit iudiciū ei: in
quantū eni complexio calida in corde reſiſtit eis eſt
eoꝝ effectus debilior: ⁊ inquantū ipſa inueniunt in
corporibꝰ calidis ſubtiliationē ſubſtantie ſue frigide
grauis ⁊ attractionē per virtutē motus arteriarum
⁊ attractio earū eſt apud conſtrictionē: erit eoꝝ no
cumentū in corporibus calidis vehemētius ꝓcipue
cū ipſa ſint cōtraria cōplexioni eoꝝ. Et eſt ſimile vt
ſit ſermo in venenis calidis ille ſermo iteruȝ. cōpul-
ſio eni calida reſiſtit eis cū expulſione a corde ⁊ reſol
uit virtutē calidoꝝ venenoꝝ: ſed arterie cōplexio-
nis calide attrahunt ea: quare accidit ſicut illud. Et
propter illud dixit Gal. ꝙ alfarfas ⁊ exiſtimo ipm
eſſe napellū aut venenū interficiens interficit homi-
nē ⁊ nō interficit turdos qm̄ ipſe nō peruenit in tur
dis ad cor niſi poſt ſpaciū in quo iam paſſus ē a cor
pore paſſionē poſt quā nō remanet niſi paſſio ↄuer
ſionis cibi. Et in homine feſtinat ante illud propter
latitudinē meatuū ⁊ vehementiam caliditatis ⁊ vir
tutē motuū attrahentiū arteriarū. Et dico ꝙ iſte eſt
modus quidam. Uerum proportionalitates iteruȝ
inter virtutes agentes ⁊ patientes ſunt ex eis q̄ oportȝ
conſiderari. ⁊ vnde ſciāt ꝙ alfarfas ſit venenū ꝑ cō
parationē ad complexionē latam que eſt animalis
abſolute confirmatur ita vt ſit interficiens cū figitur
in homine nō interficiens cū nō firmatur in turdis
forſitan eni alfarfas nō eſt venenū per cōparationē
ad complexionē turdoꝝ. Et ſi non cōuerteretur in
cibū vel nutrimentū: ⁊ ſi perueniret ad cor eorum ſi
cut ipſum peruenit ad cor hominis cū velocitate nō
interficeret. Inquit: Et fuit quedam anus ſuſcipiēs
in principio rei de napello rem paruam: deinde nō
ceſſauit vti eo donec aſſuefacta eſt eo natura ⁊ aude
cter vſa eſt eo ⁊ nihil nocuit ei. Et dico hoc: ⁊ dixit
Ruffus ꝙ nutrita fuit puella cū veneno vt interfice
rent ꝑ eā reges q̄ cū ea ↄuenirēt: Et ꝙ ipſa in ↄple
xione ſua ↄſecuta ē ↄſecutionē maximā ita vt ſaliua
eius interficeret animal ⁊ nō appropinquaret eiꝰ ſi
liue gallina.

De ſignificatōe ſpecierū venenoꝝ. Ca. iij.

Ignificant quandoq̄ per ea que eueniūt
in corpore de egritudinibus. Nam ſi eue-
nit ſimile mordicationi ⁊ inciſioni ⁊ pun-
cture ⁊ corroſioni ſcitur ꝙ venenū eſt de genere me-
dicinarum acutarū calidarū mordicantiū ſicut arſe
nicum ⁊ almuſcum ⁊ argentū viuū extinctū. Et ſi ac
cidunt inflāmatio vehemens ⁊ exuberatio ſudoris
⁊ rubedo oculi ⁊ anguſtia ⁊ ſitis: ſignificat ꝙ eſt ve-
nenum propter caliditatē tantū ſicut euforbiuȝ. ⁊ ſi
accidunt profunditas ſomni ⁊ ſtupor ⁊ frigus ſigni
ficat ꝙ venenū eſt de genere narcoticoꝝ. Et ſi non
apparēt niſi caſus virtutū ⁊ ſudor frigidus ⁊ ſynco
pis: tunc eſt de venenis que ↄtraria ſunt rebꝰ cū tota
ſubſtantia ⁊ ē deteriꝰ eoꝝ. Et q̄nq̄ ſignificanſ ꝑ odo
res aut odorē corporis totius ſicut ſenſibilitas odo
ris opij in eo qui bibit ipſum: aut odorē mēbri eius
ſicut odor oris cū bibuntur venena putrefacientia
ſicut lepus marinus ⁊ alfraſatū ⁊ cantarides. ⁊ quā
doq̄ ſignificātur per vomitū: nam cū euomitur ve
nenū non elongatur quin viſus cadat ſuper ſubſtā-
tiam eius qd̄ in potu datū fuit de eo: aut cognoſcat
per odorē aut per ſaporē ſicut viſus ſuper litargi-
riū ⁊ gypſuȝ ⁊ ſuper ſanguinē cōgelatū ⁊ lac coagu
latū ſimiliter ⁊ opium cognoſcitur per odorem ⁊ le
pus marinus ⁊ rane per abhominabilem ſaporem
Signa mala: Cum incipit ei qui venenum ſumpſit
ſuperuenire ſyncopis ⁊ permutatur eius pupilla et
occultatur eius nigredo: tunc nō ſperatur euaſio: et
ſimiliter ſi rubeant oculi eius ⁊ egrediatur lingua
ipſius. Et caſus pulſus ⁊ ſudor frigidus eſt ſignifi-
catio mala: et in huiuſmodi diſpoſitione parum
viuit.

De canone curationis eius qui in potu ſumit ve
nenum. Ca. iiij.



Poteſt vt nō moreſ: imo ꝓperet cū ſentit ip
ſuȝ anteq̄ virus eiꝰ perambulet i corpore ⁊ bi
bat aquā tepidā ⁊ oleū ſiſaminuȝ: aut oleum
de oliuis ⁊ euomat ⁊ perueniat in hoc ad vltimū q̄
tū poteſt. Et melius q̄dē eſt vt in ea ſit virtus alumi
nis ⁊ baurach. Et quandoq̄ admiſcenſ cū oleo liti-
um ⁊ adepe anſeris. ⁊ diligiſ vt ſit illud qd̄ ipſe bibit
ad vomenduȝ propter hoc ⁊ alia aqua plurima ⁊ ci
bi plurimi: ipſi eni licet non euomanſ: tamen quan
doq̄ frangunt venenuȝ ⁊ ſuperant ipſuȝ ⁊ cum vo
muerit qd̄ poſſibile ē ei: deinde bibat lac plurimum
quoniaȝ ipſuȝ frangit nocumentuȝ veneni. Et non
eſt maluȝ ſi euomit ipſuȝ iteruȝ vt bibat decoctionē
ſeminis vrtice cuȝ butyro cocte ad expellenduȝ ve-
nenuȝ vomendo ⁊ ſolutionē faciendo: deīde bibat
lac. Et butyruȝ cruduȝ eſt melius lacte. Et iteꝝ deco
ctionē ſe. lini ⁊ ſimiliter vinuȝ dulce cuȝ adipe anſe
ris liquefacto: ⁊ ſimiliter aquā cineris lignoꝝ viti
Et oportet vt ſequanſ vomituȝ cliſteria proprie qn̄
ſentiſ deſcenſus leſionis ad inferiora. ſi autem fuerit
commotio ſupra illud vtaſ eo qd̄ facit vomere ⁊ ſol
uit ⁊ non dimittaſ potus lactis. ⁊ ſi tibi neceſſarium
fuerit vt in potu tribuas ei: verbigratia tyriacā de ter
ra ſigillata fac. Ipſa enim adiuuat corpus ad expel
lendum venenum ⁊ proprie cuȝ in potu daſ in prin
cipio rei: ipſa enim facit euomere venenum ſicut eſt
Cuius diſcriptio eſt: Baccarum lau auſ. ij. terre ſi-
gillate auſ. ij. ⁊ ireos conficiaſ cuȝ oleo Et ſit doſis
eius auellana vna. ⁊ iteruȝ carpobalſami iſopi ſicce
ſe. napi ſilueſtris piperis albi ⁊ ni. piperis longi aco
ri aniſi petroſelini aſſari cymini carmeni: ſe. hyuſga
mi albi omnium ana. auſ. iiij. ſpice floris ſquinanti
amborum ana. auſ. v. caſie. ℥. xviij. amomi croci am
boruȝ ana auſ. vi. conficianſ cum melle ⁊ deſ i potu
quantuȝ ē faba romana. ⁊ ſumere i potu terrā ſigilla
taȝ ſicut ipſemet eſt cuȝ vino facit illud. ⁊ exiſtimaue
runt quidaȝ ꝙ cuȝ in potu ſumiſ ſtercus galli in di-
ſpoſitione ſtatim facit euomere venenuȝ. Et ex eis
que in potu danſ iteꝝ ſunt ſuccus praſſij ⁊ folia can-
ne ⁊ celtica ſemen baucie ⁊ caſtoreū ⁊ auellane ⁊ ficuſ
⁊ ruta. Et de illis que laudata ſunt in hoc ca. eſt vt in
potu detur galgani fetidi pondus. ℥. iiij. ⁊ myrrhe. ℥.
i. cuȝ vino dulci. Et quando poſt vomituȝ accidit i
flatio vehemens tunc da ei in potu aquā niuis ⁊ ole
uȝ roſ. infrigidatuȝ ⁊ oportet vt dormiat omnino ⁊
non dimittat ſeipſuȝ taliter vt dormiat: imo oportet
vt euigilare ipſuȝ faciant omnino ⁊ rideant ⁊ clamēt
in circuitu eiꝰ. Cū q̄ manifeſtaſ ei forma ⁊ cognoſci
tur venenuȝ cureſ omne venenū cū eo qd̄ dicitſ i ſuo
ca. Et hec q̄dē manifeſtatio fit ſm̄ duos mōs: quo
rum vnus eſt vt cognoſcaſ cuius generis ſit venenū
⁊ ſecundus vt ſciaſ cuius ſpeciei ipſuȝ ſit. Exempluȝ
primi eſt vt ſciaſ ꝙ ipſuȝ ē ex iciſiuis acutis quare cu
ret ipſuȝ cū eis que ſunt ſicut lac ⁊ butyꝝ crudū ⁊ ſe-
ludem currēs factuȝ cū oleo amigdalino aut buty
ro cocto ⁊ cū oī quod frangit acuitateȝ: aut ſciaſ ꝙ ē
ex inflāmātibꝰ q̄re infrigideſ cū cāfora ⁊ aqua roſ. ⁊
aqua coriandri ⁊ q̄ ſunt ſimilia illis. ⁊ oīa illa ſint in
frigidata cū niue. ⁊ emplaſtrenſ membra eius princi
palia cū eis que ſunt ſicut altahaleb ⁊ alia ⁊ remoueſ
ſuper ipſuȝ infrigidatio in omni hora. Et ex eis que
conferūt huiuſmodi valde eſt lac vaccinū de quo ex
tractū eſt butyrum īfrigidatuȝ ⁊ ſi indiget phlomia
phleſ: aut ſciaſ qd̄ ipſuȝ eſt ex ſtupefacientibꝰ quare
adminiſtrenſ ea que ſunt ſicut tyriaca ⁊ medicamen
de aſſa fetida in vino puro ⁊ ſimiliter alia. Aut ſciaſ
quod eſt contrariū per ſubſtantiā quare cureſ cū mi
thridato ⁊ tyriaca ⁊ medicamine muſchi ⁊ bezarde
⁊ vtaſ carne ⁊ vino. ⁊ adminiſtreſ egro aromaticū ⁊
eueniteſ locus ad queȝ vadit cauſa morandi ⁊ iduaſ
veſtibꝰ aromatizatis ⁊ ſternutet ⁊ fricenſ os ſtomachi
eius ⁊ ſuffleſ in os ipſius ⁊ tondanſ capilli ipſius. cū
auteȝ cognoſcit ſpecies veneni cureſ cū eo qd̄ ipſi ꝓ
priuȝ eſt de illis que diximus. Et ad ſūmā ex medi-
cinis que bibunſ cauſa venenorum aut querit contra-
ctio acuitatis veneni: aut reſolutio ſubſtantie eiꝰ ſicut
ex lacte ⁊ albezahar: aut querit per eas exitus ſubſtā
tie eius ſicut per terram ſigillatam: aut querit oppo-
ſitio qualitatis eius ſicut potare alleum in vino ad il
lum quem pupugit ſcorpio.

De medicinis cōmunibus ad venena. Cap. v.

Unt medicine que contrarie ſunt veneno: q̄-
re non permittūt ipſuȝ peruenire ad cor ⁊ ſūt
ſicut tyriaca ⁊ mithridatuȝ ⁊ albezahar ⁊ que
ſunt experta ⁊ terra ſigillata ⁊ tyriaca facta ex ea ⁊ ty
riaca diateſſeron. Et dixerunt quidam ꝙ flos oleam
dri ⁊ folia eius liberant a veneno. Et diciſ ꝙ granis
iuniperi in hac re non eſt par: ℞. anisdem ⁊ radicis
eius amborum ana. ℥. i. ⁊ ſceha armene. ℥. ij. confici
anſ cuȝ melle ⁊ deſ in potu cuȝ aqua maloꝝ. Et me-
dicamen ex eo factum eſt vltimuȝ. Et radix buchor
marem quando potaſ cuȝ vino ⁊ calamento iteruȝ.
⁊ ſemen napi. Et iteruȝ agarici. ℥. ij. cuȝ vino ⁊ ca
pilli veneris ⁊ malue ⁊ ſemen eius ⁊ folia ipſius ⁊ ci
namomuȝ ⁊ medulla leporis cuȝ duabus. ℥. aceti
de vino. aut de caſtoreo auſ. i. cum. ℥. ij. oleioline. ⁊
abrotani. Et iteruȝ ſumaſ aqua alhalce expreſſa ⁊ d
tur in potu: ⁊ ſemen baucie proprie creteuſis ⁊ aſſa ⁊
decoctio polij ⁊ decoctio ſiſeleos. Et ſemen arboris
mirabile eſt. Compoſitum: ℞. ſe. napi ſilueſtris ⁊ ca
ſtorei ⁊ foliorum arundinis omniuȝ an̄. partem. i.
pulpe collo. triplum omniuȝ: deſ in potu ex ea aueſ
lana magna. Et res quarum operationes propor-
tionantur cum proprietatibus in eis ſunt ſicut illud
qd̄ dixerūt ꝙ caro damule ſilueſtris mūdificata ſa
lita ē d fortioribꝰ medicinis ad expellenda venena.

Summa prima de venenis congelatorum ⁊ mine
ris ⁊ alijs.

De lapide armeno. Cap. i.

Ixerunt quidam hominum ꝙ in lapi
dibus eſt lapis venenoſus ſimilis co-
rallo ⁊ ꝙ pondus ſexte. ℥. i. ex eo eſt in
terficiens. Et inuenimus ipſum in vene
nis veris que operantur tota ſubſtantia
ſicut napellꝰ. Et dixerūt ꝙ cura eiꝰ ē cu
ra napelli. ⁊ medicie magis iuuatiue ſt albezahar.

De argento viuo ⁊ eius cura. Cap. ij.

a Argentū qḋ viuū plurimi q bibunt nō leduntur eo. Egredit̄ enī cū diſpoſitione ſua per inferiorem regionem. At vero ei in cuius aure fundit̄ argentū viuū accidunt dolor vehemens ⁊ cōmixtio rationis: ⁊ quandoqꝫ perducit ad ſpaſmū ⁊ ſentit grauedinē vehementē illiꝰ lateris. Et quandoqꝫ ꝑducit ad epilepſiā ⁊ apoplexiā propter leſionem cerebri cum frigore eiꝰ ⁊ cōmotionem ⁊ ꝑmutationē ipſius. Extinctū aūt ⁊ ſublimatū vel ſubtiliatū eſt malū nocuū inciſiuū ex quo accidunt accidentia ſimilia accidentibꝰ eiꝰ q bibit lithargyriū ex punctura ⁊ tenſione inteſtinoꝝ ⁊ deambulatiōe ſanguinis ⁊ grauitate lingue ⁊ grauedine ſtōachi. ⁊ apoſtemat̄ corpꝰ eiꝰ ⁊ retinet̄ vrina ipſiꝰ. Cura: De bona curatione poſt vomitū ⁊ ea que currūt curſu eiꝰ eſt vt i potu det̄ de medicinis que ſunt ſicut myrrha pondus.ʒ.iij.in vino: ⁊ tribuat̄ i potu cū aqua mellis vice vna poſt aliā. Et iteꝝ fiat cliſtere cum ea cuz baurach: deinde conſequenter poſt illud adhibeat̄ curatio raſure: ⁊ cliſtere eiꝰ cū confortatione cordis iteꝝ cū medicinis cōmunibꝰ. Cū aūt eſt effuſū i aure oportet tūc vt ſurgat ſup pedē vnū ⁊ ſaliat ſup partē illā cū inclinauerit caput ſuū q̄ꝫ plurimū poſſibile ē ei declinare ⁊ ꝓpꝛie cū ſuſpendit̄ ꝑ manū que ē in latere alio ab aliqua re. ⁊ ſimiliter quando cōmouetur ſup illā partē. Et ille q vult colligere ipſū cū radio plūbi intromiſſo in aure ⁊ inuenit argentū viuū cuz eo ſuſpicāꝫ ē errans: quoniā argentū viuū quādo eſt in illo loco ⁊ q propinquꝰ ē ei non indiget patiens niſi vt concutiat̄ ⁊ ſaliat tantum. ⁊ ſi fuerit profundius q̄ꝫ in illo loco non fit iuuamentum per illū ſtilum ⁊ non peruenit ad ipſum.

De lithargyrio ⁊ limatura plumbi ⁊ cura eorum. Capitulum.iij.

a Accidit ei q bibit lithargyriū vt apoſtemet̄ corpꝰ eiꝰ ⁊ grauet̄ lingua ipſiꝰ ⁊ retinent̄ eiꝰ vrina ⁊ ſtercꝰ. ⁊ fortaſſe non retinet̄ ſtercꝰ: imo ſuperfluit fluxus ventris eiꝰ ⁊ ſentit grauitatem in ſtomacho ſuo ⁊ ſuis inteſtinis ita vt quandoqꝫ egrediatur anꝰ ⁊ perueniat ad raſurā ⁊ fit in ſupꝛemo eiꝰ inflatio ⁊ exit in ventre eiꝰ quaſi glandula lapidea ⁊ fit color eiꝰ plumbinꝰ ⁊ conſtringit̄ anhelitꝰ ipſiꝰ ⁊ fortaſſe pꝛefocat̄. ⁊ quandoqꝫ accidūt cū eo accidentia ileos ⁊ fit color corporis ſicut color plūbi ⁊ ſimiliter limatura plūbi. Cura eiꝰ. Oportet vt ſuccurrat̄ ⁊ incipiat̄ cū curatione cōmuni ex vomitu ⁊ ſit cū aliquo i quo ſit aptio ſicut decoctio ſeminis apij ⁊ ficꝰ ⁊ aneti ⁊ baurach. Et oportet vt in potu dent̄ myrrhe.ʒ.iij.in vino. aut det̄ in potu ſpica romana cū fimo columbe paſcentis cū vino q̄ſi ipſe curat. Et oꝫ vt i potu tribuat̄ abſynthiū ⁊ yſopꝰ aut ſemen apij aut pip pꝛopꝛie: totū illud cū vino. aut pondus.ʒ.i.myrrhe cū pondere medie.ʒ.piperis donec ſudet. Et dent̄ in potu ſex ſiliq̄ ſcamonee in aqua mellis. Et cibi eiꝰ qbꝰ oportet ipſū aſſidue vti ſunt aleſſid: begi facta ex carne agni. Et ſignū ſanitatis eiꝰ eſt q ſoluit̄ natura ⁊ prouocat̄ vrina. Et ad vltimū indiget experimētis cognitis prouocatiuis ⁊ ſolutiuis

De potatione ceruſe ⁊ cura eius. Cap.iiij.

a Accidit ei q bibit ipſā vt albificet̄ lingua eius ⁊ mollificent̄ mēbꝛa ipſiꝰ ⁊ vehemētes fiant tuſſes ⁊ ſingultꝰ eiꝰ ⁊ ꝑmiſceat̄ eiꝰ ratio ⁊ infrigidet̄ corpꝰ eiꝰ: ⁊ infrigidet̄ eiꝰ cerebꝝ ⁊ exſiccet̄ ⁊ ſuperueniat ei ſyncopis. ⁊ quandoqꝫ ſentit in gutture ſuo pōticitatē ⁊ inuenit i vua ⁊ lingua ſua aſpꝛitatē ⁊ ſiccitatē ⁊ i vētre ſuo pūcturā ⁊ i ſtomacho mordicationē ⁊ i ore ſtomachi dolorē ⁊ i hypocōdrijs tenſionē ⁊ i anhelitu ſtricturā: ⁊ fortaſſe ꝑuenit ad pꝛefocationē ⁊ albificat̄ color corporis eiꝰ: ⁊ quādoqꝫ mingit nigꝛā ⁊ ſanguineā. Cura eiꝰ ē ſimilis cure lithargyrij: ⁊ dat̄ i potu ſcamonea i aq̄ mellis ⁊ ꝓuocantia vrinā ⁊ di ſtertzat ⁊ nō ꝑmittit̄ dormire. Et de his q̄ ingrediunt̄ i faciēdo ipſū vomere ſunt oleū alacohen ⁊ oleū de lilio ⁊ oleū de narciſco: ⁊ cadūt i medicinis eiꝰ gumma pruni ⁊ medicamē de ſanguie dra. ⁊ fraxinꝰ. Et iteꝝ de illis q̄ conferūt ei ē vt comedat ſiſami parum ⁊ maſticet ipſū ⁊ bibat ſup ipſum vinum.

De gypſo ⁊ eius cura. Cap.v.

c Ex gypſo accidit ſimile ei qḋ accidit ex ceruſa. Veꝝ eiꝰ ſtrāgulatio magnificat̄. Et oꝫ vt curetur cura ceruſe ⁊ curatione fungoꝝ: deīde dētur in potu mucilagines viſcoſe ⁊ remoueat̄ aſperitas gutturis ꝓꝑ lenificationē pꝛedictā ⁊ ſorbitiones lenificantes. Et indiget ſolutione vētris cū ſcamōea ⁊ ſimilibꝰ. ⁊ iteret̄ ſolutio aliquotiēs. ⁊ ſi abraſio fiat curet̄ abraſio. Et de eis que rememorant̄ ad gypſū eſt cinis extremitatum vitis cum halce.

De vzſur ⁊ almagra de minera ⁊ eorum cura. Capitulum.vi.

a Accidūt ex ambobꝰ accidētia ſimilia accidētibꝰ argenti viui extincti: veꝝ ex almagra quandoqꝫ accidit ſolutio vētris plurima ⁊ ē dignius ſignoꝝ eiꝰ. Cura ē illa eadē cura: deīde adminiſtrent̄ ſorbitiōes pingues ⁊ adipes lenes.

De alcimiar ⁊ eius cura. Cap. vij.

a Accidunt ex eo punctura vehemens ⁊ mordicatio fortis in gutture ⁊ inciſio in viſceribus ⁊ vlcera ⁊ vomitus. Curatio eſt ſimilis curationi arſenici quam dicemus.

De limatura ferri ⁊ eius ſcoria ⁊ earum cura. Capitulum. viij.

a Accidūt ex illis dolor vehemēs i vētre ⁊ ſiccitas i ore ⁊ inflatio ⁊ ſuperat dolor capitis. Cura ē dare in potu lac cū eo qḋ ſoluit cū fortitudine: deinde det̄ in potu butyꝝ coctum ⁊ crudū tam diu donec ſedent̄ diſpoſitiones ille. Et aſſiduet̄ effuſio olei ro. ⁊ olei viol. ⁊ olei de ſalicibꝰ conquaſſatorum cum aceto ſuper capita eorum. Et quandoqꝫ dat̄ in potu potanti ipſū aliqd de magnete vt aggreget illud qḋ ſeparatū eſt ad ſeipſū: deinde conſequēter adhibentur ſolutiua pꝛedicta. ⁊ quandoque dat̄ ei in potu ex ipſo omni die pondus.ʒ.i. deinde dat̄ ei ad ſorbendum poſt ipſum iura vnctuoſa lubricatiua cū butyro vaccīo cocto vt ſoluto vētris fiat ſi fuerit deſcēdēs. aut euomat ipſū cū eis ſi ē adhuc i ſtō.



De calce ⁊ arſenico ⁊ eoꝝ cura. Ca.ix.

c Ei cui datur in potu ex ambobꝰ ſimul accidunt punctura ⁊ vlcera in inteſtinis. Et ei cui in potu dat̄ arſenicū ſublimatū: accidit ex ipſo proximū illi qḋ accidit ei ex magra. Et q̄nqꝫ accidit tuſſis ledens. Et cui in potu dat̄ calx ſola accidunt ſiccitas oris ⁊ dolor ſtomachi ⁊ difficultas vrine ⁊ ſolutio ventris cū ſanguine ⁊ egredit̄ calx in vrina eiꝰ. Et q̄nqꝫ accidit ex ea frigus extremitatū ⁊ accidit ſyncopis: ⁊ q̄nqꝫ exſiccatur lingua ⁊ accidit ꝓfocatio. Cura: Incipiat cū eo quod oportet: deinde det̄ in potu aqua calida cū iuleb vt euomat: aut cū oleo: deinde ſumat decoctionē ſeminis lini ⁊ decoctionē rizi ⁊ decoctionē eruce ⁊ aggregationē amborum aut ſuccū mollochie cum melle ⁊ non ceſſet ſumere in potu lac ⁊ mucilagines ⁊ viſcoſa ⁊ vnctuoſa ⁊ iura cum adipibus: ⁊ pꝛopꝛie cum maluis. Et curetur tuſſis ſi acciderit ei cū lenitiuis. Et cura calcis eſt vomitus ⁊ cliſteria ⁊ vnctuoſitas ⁊ lenificatio: ⁊ cura eius eſt proxima cure arſenicorum. ⁊ de illis que dicuntur in hoc eſt vt ſumatur vrina aſini ⁊ ſci gageli ⁊ detur in potu quantitas.ʒ.i.in aqua calida.

De aqua ſaponis dragenti ⁊ aluminis ⁊ eorū cura. Capitulum.x.

a Aqua ſaponis ꝓpinq̄ eſt diſpoſitōni calcis ⁊ arſenici: ⁊ cura eoꝝ eſt cura illiꝰ. dragantū ⁊ alumē. Remouet̄ ex potu amboꝝ tuſſis vehemēs ꝑducēs ad ptiſim. Cura eoꝝ eſt potare lac aſininū ⁊ potare butyrū crudū ⁊ zuccarū ⁊ ſirupos de yſopo ⁊ ſimilia.

De potu aq̄ frigide in ieiunio ⁊ eiꝰ cura. Ca.xi.

c Ex potu illiꝰ in ieiunio ⁊ poſt balneum aut coitū timet̄ corruptio complexionis ⁊ hydropiſis. Cura eſt medicamen de curcuma ⁊ medicamē de muſco ⁊ ſilia. Et q̄nqꝫ ſufficit vinū purū ⁊ potare ipm ſup eam.

Sūma ſecunda venenorum ex plantis

De napello ⁊ cura eiꝰ. Ca.i.

a Napellus eſt de interioribꝰ. Et accidit potāti ipm vt apoſtement̄ labia ipſiꝰ ⁊ lingua eiꝰ: ⁊ egrediunt̄ oculi eiꝰ ⁊ freq̄ntes fiunt ſup ipm vertigo ⁊ ſyncopiſ ⁊ crura ipſiꝰ nō operāt̄ ⁊ ē malꝰ. ⁊ q euadūt ex eo raro euadūt qꝛ cadent in ethicā aut ptiſiꝫ ⁊ q̄nqꝫ accidit tenaſmon. Et eiꝰ ſucco imbibunt̄ ſagitte ⁊ interficiūt quē inueniūt ſtatim. Cura: Oportet vt feſtinet̄ ad faciēdū vomere bibentē ipm cū decoctōe ſe. napi. ⁊ det̄ in potu vinū ⁊ butyrū coctū vaccinū dando potuz ſup potū. Et ſilr decoctio corticū glandiū cū vino. Deinde cura eius ꝑncipal̄ eſt beçahar ⁊ medicamē de muſco ⁊ algeduar ⁊ ture: ⁊ tyriaca magna q̄nqꝫ ꝯfert in eo vſqꝫ ad terminū. Et de melioribꝰ rebꝰ eſt vt in potu detur muſcus in fricatione albeçard. aut q̄ntitas.ʒ.i. de medicamine muſchi cuz ſiliqua vna muſchi. Et exiſtimant quidam q radices cappari ſunt beçahar napelli: ⁊ oia albeçaharat ſunt bona ei: ⁊ pꝛopꝛie illud quod ſilatur aluminū: ⁊ habet ſila ſicut ſila lithargyrij ⁊ animal nominatū ſurinuſ. ⁊ eſt mus cōtrarius napello ⁊ deſtruitur eius ꝯpatio cū comedit ex ipſo.

De cornu ſpice ⁊ eiꝰ cura. Ca.ij.

a Apparēt in eo q in potu ex eis ſumit ſiḡ ſic ſen ⁊ nigredo lingue ⁊ diſtillat ſanguis ex virga eiꝰ guttatim. Cura: Oportet poſt curā cōem ex vomitu cū aqua ordei cū oleo ro. ⁊ ꝑpē do ⁊ ſilibꝰ vt in potu detur canfore auf.i.in.℥.i.aq̄ roſ. Et emplaſtret̄ epar ⁊ cor ipſiꝰ cū emplaſtris vehementis ſiccitatis ⁊ canforitis ⁊ cū ſandal' ꝯfectis ⁊ detur in potu qḋ ſit ſicut ſauich maloꝝ acetoſoꝝ ⁊ ſauich ordei cū aq̄ niuis in iuleb: ⁊ dent̄ in potu ſuccus granatoꝝ acetoſoꝝ ⁊ ſuccus citrolorum ⁊ melonis alraki ⁊ aqua ordei ⁊ aqua ſolatri ⁊ aqua lactis acetoſi.

De murkion ⁊ eius cura. Ca.iij.

b Hanc medicinā ignoro ⁊ exiſtimo ex quibuſdam modis exiſtimationis q ipſa eſt ſilis napello. Et ſigna q̄ pꝛopꝛia ſūt huiꝰ medicine dicūtur eſſe q accidūt ei q bibit ipſam mordicatio in ventre ⁊ ſingultus ⁊ ſyncopis ⁊ citrinitas in facie tota: ⁊ pꝛopꝛie in labijs ⁊ infrigidat̄ anhelitus eius et facit corpus eius ⁊ ſtupefit ⁊ permiſcetur ex eo ratio poſt grauitatē in capite ⁊ minoratur pulſus ⁊ abſcinditur ⁊ ſudat ſudore frigido ⁊ rubet ⁊ morit̄. Et cura eius eſt cura napelli. Numeratio medicinaꝝ venenoſarum calidarum.

De euforbio ⁊ cura eiꝰ. Ca.iiij.

a Accidūt ex eo anguſtia vehemēs ⁊ inflatio ⁊ eueniūt mordicatio in vētre ⁊ ſingultus ⁊ fluxus ventris ex ipſo cū ſuperfluitate. Curatio: Oportet vt euomat: deinde infrigidet̄ ⁊ detur in potu butyrū crudū ⁊ coctū cuz fortitudine deinde curet̄ curatōne cornu ſpice. ⁊ ſtet ſuper aquā granati mugi ⁊ aquam maloꝝ muçoꝝ ⁊ aquā lactis acetoſi.

De lacte titimaloꝝ ⁊ eiꝰ cura. Ca.v.

c Et ipſa quidē ſunt ſeptē dicta in medicinis ſingularibꝰ: ⁊ pꝛopꝛie lac alſabꝛē ⁊ lac alhaſir ⁊ lac alhaginati. ⁊ non accidit ex eis ex mordicatione ⁊ ſolutione ventris ſublimi niſi quod accidit ex euforbio: q̄re oꝫ vt frangat̄ eoꝝ virtus cū lacte extracto butyro ⁊ butyro cocto ⁊ crudo ⁊ curetur accidens proueniens ex eis de ſolutione ventris cū ſanguine aut mictu eius cū eo quod ſcitur in capitulo eiꝰ. Et dicitur q de lacte ſabꝛē interficit pōdus.ʒ.ij. Et cura eius eſt balneatio cū aqua dactilorum immaturoꝝ ⁊ lactis alhaſir interficit pondꝰ.ʒ.iij.in duobus diebuſ ⁊ conſtringit epar. Et cura eiꝰ iterū eſt ſimilis illi.

De ſcamonea ⁊ cura eiꝰ. Ca.vi.

d Doſis eiꝰ interficiēs ē.ʒ.ij. ⁊ hꝫ diſpōnes ꝓximas illi q̄ dicta ſūt. Et de eis q̄ oportet vt frāgant maliciā eiꝰ ſūt lac extracto butyro ⁊ ſauich

maloꝝ ⁊ rob cidonioꝝ ⁊ rob de ribes ⁊ ſumach.

De almezerion ⁊ camelea ⁊ eaꝝ cura. Ca.vij.

d Olis interficiēs eiꝰ ē.ʒ.ij. Et accidūt ex eo vomitꝰ ⁊ ſolutio vētris ſupflua. ⁊ nigrū qḋ noiaꝭ camelea eſt iterficiēs plus ⁊ accidūt ex eo mordicatio vehemēs in viſceribus ⁊ dolor in corpe toto ⁊ cōmotio ⁊ ſingultꝰ: deiñ vomitꝰ phlegmaticꝰ ⁊ ſpumoſus: deinde pducit ad ſpaſmū ⁊ deſtruit vocē. Cura: Neceſſariū eſt dare in potu lac dulce ⁊ butyrū coctū freqnꝭ ⁊ iuleb iterū vt illud frāgat malitiā eiꝰ. Et qñ magnificaꝭ timor: tūc neceſſariū ē dare in potu tyriacā ⁊ mithridatū ⁊ medicamē de terra ſigillata. Et cū ſedaꝭ detur in potu poſt ipa oxymel ⁊ endiuia diebus aliquot vt remoueaꝭ malitia complexionis.

De oleandro ⁊ eiꝰ cura. Ca.viij.

d Leander plimū interficit hoies ⁊ aialia et parū ipſiꝰ facit incurrere anguſtiam vehementē ⁊ inflāmationē vētris ⁊ inflāmatōꝫ maximā ⁊ eſt calida ⁊ ſicca mordicatiua inciſiua. Et aq̄ in q̄ naſciꝭ oleander eſt mala. Et cū nō eſt excuſatio ab ea opoꝛtet tunc vt diſtilletur aut miſceaꝭ cū iuleb. Cura: Opoꝛtet vt ſumat decoctionē ſenugreci ⁊ dactilos alcebehir qñ ſunt mirabiles. ⁊ ſemen agnicaſti ⁊ agnuſcaſtꝰ ipē ⁊ decoctio amboꝝ ē tyriaca eiꝰ. ⁊ ſicꝰ cū melle ⁊ zuccaro: ⁊ iuleb: ⁊ dulcia oia. ⁊ rob vue ē bonū ⁊ cū hoc neceſſaria ſūt vnctuoſa q̄ ſciuiſti multotiēs ⁊ ſeq ea cū cliſterībꝰ.

De anacardis ⁊ eoꝝ cura. Ca.ix.

a Ccidūt ex eis inciſio in gutture ⁊ ꝯcauitate vētris ⁊ inflatio ⁊ egritudies acute: ⁊ qñꝫ oſtruūt q̄dā mēbra ⁊ cū ex eis ſaluaꝭ faciūt accidē alienatōeꝫ ꝓptea q: adurūt melia. Et qḋ de eis iterficit ē pōdꝰ.ij.auꝭ. Et qñꝫ nō nocent qbuſdā hoibꝰ cū ꝓꝑetate: ⁊ ꝓpe qñ comedūt eos cū nucibꝰ. Et ego iam vidi q ex eis mordebat cū nucibꝰ ⁊ nō corrūpebaꝭ ex eis. Curatio: Deꝭ in potu oleū amigdalinū ⁊ ſiſaminū ⁊ butyrū coctū ⁊ crudum ⁊ lac dulce ⁊ vnctuoſa ex iuribꝰ ⁊ ea q̄ currūt hoc curſu vt ſedētur mordicatio ⁊ madhidh: deinde deꝭ in potu lac acetoſū vaccinū īfrigidatū ⁊ aq̄ fructuū infrigidata ⁊ ſedeat in aq̄ dactiloꝝ īmaturoꝝ ⁊ cureꝭ cū ratiōe ſirſen. Et de rebꝰ qbus curaꝭ ſūt ḡna pini. Et nux eſt eoꝝ beꝫahar.

De alkebikengi ⁊ eiꝰ cura. Ca.x.

e Sti iteꝝ de eis q̄ iterficiūt ſua acuitate. Et cura ē ſimiſ cure anacardoꝝ. Et olea ſūt de rebꝰ magis iuuatiuis nocumēto eius.

De ſtaphiſagria ⁊ eiꝰ cura. Ca.xi.

a Ccidentia eiꝰ ⁊ doloris ipſiꝰ ſūt ſicꝰ accñtia cantaridaꝝ: Et cura eaꝝ ē cura eiꝰ. Et nos dicemꝰ illud in ca. ſuo.

De ruta agreſti ⁊ eiꝰ cura. Ca.xij.

a Ccidūt eis q bibūt ex ea egreſſio ocl'i ad exteriora ⁊ aduſtio ⁊ inflāmatio vehemēs. Cura eiꝰ. Opoꝛtet vt euomat cū aq̄ calida ⁊ oleo: deinde cureꝭ cura oleandri ⁊ ſimilium.

De Thcuſie ⁊ eiꝰ cura. Ca.xiij.

h Ec eſt gūma rute mōtane: ⁊ qñꝫ ſentiꝭ in ſapore eiꝰ ſicut ſapor albedarungi, ⁊ eſt calida. ⁊ accidit illi q bibit eā retētio eoꝝ oium q̄ currūt ex vtriſꝫ vijs ⁊ apoſtemaꝭ ligua ⁊ accñt rugitus ⁊ inflatio ⁊ aduſtio in gutture ⁊ ſtomacho ⁊ egreſſio oculi ⁊ rubedo faciei: ⁊ foꝛtaſſe fiunt ſctre in corpore ex acuitate eiꝰ ⁊ multotiēs pducit ad difficultatē ⁊ puitatē anhelitꝰ. Cura ē vt ꝓperet ⁊ euomat ⁊ ſumat in potu poſt illud lac ⁊ butyrū coctū ⁊ crudū ⁊ aquā ordei ⁊ gargarizet cū oleo ro. ⁊ lacte dulci ⁊ deꝭ in potu ſirupꝰ acetoſus ⁊ infuſio abſinthij. Et ex eis q̄ nota ſūt apud eos ſicut beꝫahar ⁊ ſemē eiꝰ ⁊ glutē albotin ⁊ radix almaruth ⁊ decoctio origani. Et dicitur iterū ꝙ caſtoreū cum aceto calefacto aut melle: ⁊ hoc foꝛſitan eſt ſm ſemitā proprietatis: aut ſm ſemitam expellendi a corpore cum reſolutione verum ſm apparitionē neceſſitatis infrigidatio ē cōuenientior.

De algilbehenech ⁊ eiꝰ cura. Ca.xiiij.

a Ccidētia eiꝰ ⁊ cura ipiꝰ ⁊ curatō ꝯdiſi ⁊ helleboꝛi albi ſunt eadem.

De adende aſini ⁊ eiꝰ cura. Ca.xv.

a Ccidit eis ſolutio vētris maxīa valde. Cura: Opoꝛtet vt euomat ſi poteſt ⁊ frāgatur virtus eiꝰ dando in potu lac ⁊ butyrū crudū potū poſt potū: aut deꝭ in potu lac extracto butyro ⁊ elaboreꝭ in ꝓhibēdo ſolutionē vētris. ⁊ qñꝫ ſuccurrit ad nocumentū earū ad ꝓhibēdā ſolutōeꝫ ipſarum tyriaca.

De cōdiſi ⁊ helleboro albo ⁊ ciclamine ⁊ ſucco cucumeris aſinini: ⁊ ſpēbꝰ nigelle male ⁊ agarico nigro ⁊ eoꝝ cura. Ca.xvi

c Ondiſi facit euomere vomitū magnum: ⁊ qñꝫ fit prefocatio ex eo. ⁊ ſiſr ciclamen ⁊ helleborus albꝰ: ipſe eni facit vomere ⁊ facit nauſeam: ⁊ qñꝫ aggregat qḋ nō expellitur: imo prefocat ſolutionē ventris: Et omnia perueniunt cū homine ad ſyncopim ⁊ caſum virtutis ⁊ ſudorē frigidum ⁊ ſpaſmū ⁊ proprie helleborus albus ⁊ agaricum nigrum qñ ambo ſunt ſimiſ impſſionis. Inquit Gal. Pulſus bibentis helleboꝝ albū in principio ſuo eſt latꝰ rarus debiſ valde tardus valde, ꝓpꝭ ꝓfocationē caloris innati ſub materia plima quā cōſecuta ē virtus medicine ſubito ⁊ nō poteſt eā expellere natura. Et cū diſaꝭ apparet diuerſitas cui nō eſt ordo: qñ virtus intrinſeca eſt coartata. Cū aūt incipit ordinari ⁊ eq̄ri valde incipit egri diſpoſitō bona fieri. Qḋ ſi eiꝰ diſpoſitio fuerit tendēs ad rectificationē: imo ad ſingultū ⁊ ſpaſmū debilitaꝭ pulſus ⁊ diuerſificaꝭ ⁊ inſpiſſaꝭ valde. cuꝫ ergo ꝓfocaꝭ rectificaꝭ ſine ordine ⁊ tardaꝭ qñ calor extinguit: ⁊ qñ apparet in ipſo vndoſitas humiditatis. Et helleborꝰ quidem eſt ex eis que interficiūt canes. Cura: Opoꝛtet vt properes ad mundificandū eū cū eis que ſcis: aut facis deſcendere materiam nocumenti eiꝰ cū clyſteri forti cū eis q̄ ſunt ſicut pulpa colloquintide: deinde admiuiſtra ei cliſtere cū eis q̄ dicūtur in ca. ſingoꝛū. ⁊ qñꝫ minoraꝭ vomitꝰ: ſi eſt in principio ſiat



vt euomat ⁊ nō ſit res plurima: quare opoꝛtet vt impleatur vēter eiꝰ aq̄ tepida: deinde euomat: deinde ſteretur. Et qñ accidit ſpaſmus detur in potu lac cū butyro plurimo ⁊ inungātur iuncture eius cum cerotis lenibus, ⁊ applicetur tūc temperate ⁊ cureꝭ cura ſpaſmi ſicci.

De helleboro nigro ⁊ cura eius. Ca.xvij.

a Ccidunt ex eo ſolutio ventris vehemens ⁊ ꝓfocatio. Et cū dantur in potu.ʒ.ij. ſpaſmat ⁊ iterficit ⁊ antecedūt illud pulſus corrodis ⁊ aduſtio lingue ⁊ ſtrictura ſup eam ⁊ eructuatō plurima ⁊ inflatio: deinde ſpaſmatur ex eo quod ē cū ipſo ⁊ tremit ⁊ moritur. Cura: Frange iterum virtutē eius cū eis que ſciuiſti: ⁊ vt des in potu abſinthium cū vino: aut ſumantur cymini ⁊ aniſi ⁊ caſtorei ⁊ ſpice partes equales ⁊ dentur in potu ex eo circiter.ʒ.ij. cum vino ⁊ pone ſuper inflationē pannoſ calefactos propter putrefactōnes exſiccantes ex eis que ſciuiſti: deinde ciba ipſum caſeo recenti cū melle ⁊ butyro recente cocto iuribus vnctuoſis ⁊ vino dulci ⁊ vino plurime cōmixtionis. Et ſi acciderit ex eo ſpaſmus: tunc fac illud quod dictū eſt in capitulo hellebori albi. Et cum ſolutio ventris eius ſuperfluit: ſedeat in aqua frigida ⁊ bibat alrobub ⁊ medicinas reſtringentes.

De amoras danici ⁊ cura eius. Ca.xviij.

a Ccidunt ex pondere.ʒ.ij. eius pruritus ⁊ apoſtema mortale. Cura eius eſt cura eius forbij.

De aldedin ⁊ cura eius. Ca.xix.

q Uando plimū ſumiꭍ ex eo interficit. Cura eius eſt illud qḋ facit vomere ⁊ ſolutioneꝫ ventris cū generibꝰ lactis ⁊ vnctuoſis ſm medum quem ſciuiſti.

De keſbn alkerua ⁊ ſiſamo ⁊ eoꝝ cura. Ca.xx.

d Icitur ꝙ pſcrutatio vltia in expſſione hoꝝ duoꝝ eſt venenū vehemēs interficiēs: Et ꝙ cura eius eſt cura cōmunis.

De caſtoreo ⁊ eius cura. Ca.xxi.

c Um caſtoreū rācidū fit: accñt ex eo accñtia birſen calidi cū ſtrāgulatōe ⁊ iterficit illud in die vno. ⁊ ꝓpe illud qḋ de eo ē nigrū ⁊ fetidū ⁊ cinerulentū qḋ declinat ad nigredinē. Cura: Opoꝛtet vt euomat ex eo cū aq̄ aneti ⁊ calamētiꝭ ⁊ ſeuclē cū melle ⁊ vino: deiñ deꭍ in potu acetoſa ſicꭍ acetoſitas citri ⁊ robub ⁊ fructuū acetoſoꝝ ⁊ acetū vini ſolum ⁊ lac vaccinū acetoſū ⁊ ſuccꝰ maloꝝ ⁊ lac aſininum.

De ſquilla agreſti ⁊ eiꝰ cura. Ca.xxij.

q Uandoꝫ accidit ex acceptōe eiꝰ ⁊ ex multo vſu tenēdi eam ⁊ deferēdi iteꝝ exulceratio inteſtinoꝝ ⁊ viaꝝ epatis. ⁊ antecedūt eā pūctura ⁊ inciſio cū accidit illḋ: q̄re oꝫ vt feſtinet ⁊ ſumat i potu lac decoctū cū fruſtis ferri ignitis ⁊ vitellos ouoꝝ elixatorum in aceto ⁊ ſuffuſ ſeminum ⁊ cum frixis ⁊ ſimilibus.

De ſtrangulatore adib ⁊ ſtrangulatore leopardi eorum cura. Ca.xxiij.

a Ccidūt ei q ſumit ex eis ambobꝰ pōticitas in palato ⁊ vua ⁊ meri ⁊ canna pulmonis ⁊ ſiccitas cū apoſtemate ⁊ eleuaꭍ ex ore eiꝰ vapor fumoſus ⁊ puenit leſio ad ſeparatiōnē lingue eiꝰ ⁊ tremorē ī tēpore ipſiꝰ: deinde ad tremorē ⁊ ad ſpaſmū ⁊ obfuſcationē coloris ⁊ ꝓfocationeꝫ: ⁊ fit illud cū rugitu in vētre ⁊ vētoſitate plima. ⁊ accidūt bibēti ſtrangulatorem leopardi ſcotomia ⁊ tenebroſitas oculi quotiens vult ire cū humore in ocul' ⁊ grauaꭍ pectus eiꝰ. Et ſtrāgulator qdē leopardi naſciꭍ in terris edcilla ⁊ locis alijs ⁊ eſt amari ſaporis ⁊ horridi odoris. Cura: Opoꝛtet vt tu ꝓperes ad faciendū ipſm vomere cū eis q̄ ſcis: deinde cliſterizā ipſm ⁊ poſtea da in potu ſicut originū montanū ⁊ praſſium ⁊ ruta ⁊ abſinthiū ⁊ ſcetha armenū cū vino ⁊ camepitheos in vino: aut detur in potu olei balſami quantitas.ʒ.i.ſ. in vino. Et melius vinuꝫ eſt illud in quo extinctum eſt ferrum ⁊ argentum ⁊ aurum. ⁊ ſcoria ferri ipſius eſt bona. Et coagula: ⁊ ꝓpe coagulū ceruī ⁊ gazeli ⁊ hedi: deinde iura vnctuoſa.

De azedarach ⁊ eius cura. Ca.xxiiij.

f Olia eius interficiunt animalia: ⁊ lignum eius quandoꝫ interficit. Et cura eius eſt cura communis ⁊ eſt proxima cura oleandri.

De cortice rigi ⁊ eiꝰ cura. Ca.xxv.

i Lli cui datur in potu cortex rigi ſm ꝙ dixerunt quidam priorum accidit ſtatī dolor in ore ⁊ in lingua ⁊ apoſtematur ligua eius: deinde extenditur dolor in vmbilico ⁊ ſtomacho ⁊ inteſtinis eius ⁊ inflāmatur totū corpus eiꝰ et noſant eū in venenis. Cura: Cureꭍ curatōe cantaridū: ⁊ opoꝛtet vt ſint in oleo qḋ ipſe in potu ſumit decocta cidonia.

De ſemine vrtice ⁊ cura eiꝰ. Ca.xxvi.

a Ccidit ex eo illud qḋ accidit ex ſquilla. Et iterum accidit ex eo quādoꝫ tuſſis foꝛtis ⁊ cura eiꝰ ē cura ſquille. Ueꝝ tuſſis eiꝰ curatur cū lenitiuis ſicꭍ eſt ſirupꝰ violꭍ. cū aq̄ ordei ⁊ alijs ex medicinis tuſſis.

De turbit malo citrino ⁊ nigro ⁊ eiꝰ cura. Ca.xxvij

a Ccidūt ex eo ſicꭍ ſūt accñtia hellebori nigri ⁊ agarici nigri. Et cura eiꝰ ē illa cura ⁊ ꝓpinatur ei ſorbere ⁊ oleum amigdalē magne.

De ſebardion ⁊ eiꝰ cura. Ca.xxviij.

e Go non cognoſco materiā huiꝰ medicine neꝫ curā eiꝰ niſi cōem: ⁊ exiſtimo ipſaꝫ eē de acutis ⁊ nō elōgaꭍ qn ſit de nō acutis. Dixerunt: ergo eſt medicina ex qua accidit permixtio rationis ⁊ tetanus ita vt accidat labio eiꝰ de tenſione diſpoſitio ſimilis riſui: ⁊ exemplificant greci ꝙ ipſe ridet riſu ſebardion. Et cura eiꝰ eſt cura cōmunis. Et dixerunt quidam: opoꝛtet vt euomat bibēs ipſam ⁊ bibat poſt ipſam aquā melis: ⁊ ꝯferūt ei potus lactis ⁊ inungere manꝰ cū calefacientibꝰ ⁊ adminiſtratio tūc calide ⁊ fricatio ⁊ medicine ad ſpaſmū malignum.

De tiſom ⁊ eius cura. Ca.xxix.

Huiuſmodi iterū nō cognoſco naturā neqꝫ
h curā ⁊ exiſtimo ipſam eſſe de acutis ⁊ non
eſt lōginquū qn ſit de nō acutis. Et dr̄. ꝙ
facit accidē phlegmonē in labijs ⁊ ligua ⁊ maniam ⁊
alienatōeꝫ ⁊ caſum pulſus.

De medull' fructuū rācidis ⁊ earū cura. Ca.xxx.

Diſpoſitiōes earū ⁊ cura ꝓxime ſūt eis q̄ di
d cta ſūt in ſquilla: ⁊ ꝓpē cū robub fructuuꝫ
ſicut eſt ſirupꝰ de agreſta ⁊ ribes ⁊ maloꝝ ⁊
vrtice. Et accidūt ex eis nauſea ⁊ ſyncopiſ ⁊ anguſtia
⁊ iſte medulle ſunt ſicut nuces ⁊ nuclei chꝛyſomiloꝝ
ueregil ⁊ amigdale.

De vino puro in ieiuno ⁊ eiꝰ cura. Ca.xxxi.

Multotiens facit illud accidere ſſocationē et
m doloꝛes ⁊ inflāmationē: ⁊ ꝓpe poſt exer
citiū ⁊ laboꝛē: ⁊ ꝓpē qm̄ vinū eſt groſſum ⁊
dulce. Cura eſt euacuatio ꝑ phlobotomiam ⁊ ſo
lutionē vētris ſi neceſſe eſt. ⁊ vomitus eſt optima me
dicina ſi poſſibile eſt: deinde infrigideſ cōplexio cū
aqua frigida ⁊ aqua lactis acetoſi de quo extractuꝫ
eſt butyrū ⁊ aqua fructuū. ⁊ trociſcis de canfoꝛa ⁊ ſi
milibus.

De melle malo ⁊ eius cura. Ca.xxxij.

Plurimū eiꝰ affert̄ de regione arabie: ⁊ hoc
p mel eſt acutū faciēs ſternutare illū q ipſuꝫ
odoꝛat. Et accidūt ex eo iterū accidētia ma
la ⁊ ſiſa eis q̄ accidūt ex ſquilla ⁊ vrtica ⁊ ſilib⁹. ⁊ fe
ſtine veniūt odoꝛāti ipm ſyncopis ⁊ ſudoꝛ frigidꝰ.
Et de melle ē aliud malū qd̄ dicā in accidētibꝰ ſuis:
Et cura eiꝰ ē ſicut iudiciū hyuſqami nigri vt comedat
rutā ⁊ piſces ſalſos. Et potet ſirupū noiatū aumeliſ
⁊ non ceſſet comedere ⁊ euomere quantum poſſibi
le eſt ei.

De aldibic ⁊ eius cura. Ca.xxxiij.

Iſ qs bibit aldibic accidūt rugitꝰ in vētre ⁊
f pūctura abſqꝫ fluxu vētris ⁊ vtigo. Cu
ra: Opoꝛꝫ vt in potu dent aq̄ ⁊ mel ⁊ euo
mat ea ⁊ cliſterizet cliſteri leui: ⁊ ꝯfert ei ſumē in po
tu abſinthiū cum melle ⁊ ſirupū acetoſum. Et illud
qd̄ appꝛopꝛiatur cū decoctōne eruce. Et iterum ſpi
ca cū caſtoꝛeo ⁊ pipere ⁊ vapoꝛetur cum aqua cali
da ⁊ aceto.

Sūma tertia de medicinis q̄ ſunt ex plātis vene
noſis frigidis. De opio ⁊ eiꝰ cura. Ca.i.

Accidunt ſi bibit opiū ſtupoꝛ extre
a mitatū ⁊ frigus eoꝝ ⁊ pruritꝰ ex qui
bus odoꝛat odoꝛ opij ⁊ vtigo ⁊ ſin
gultus ⁊ tenebꝛoſitas oculoꝝ ⁊ ſtri
ctura gutturi ⁊ anhelitꝰ ⁊ citrinitas
eoꝝ ⁊ obfuſcatio extremitatū ⁊ citri
nitas labioꝝ ⁊ faciei ⁊ difficultas ſenſata ⁊ ꝓfūditas
opiū ⁊ hyuſquiamū nigrum ⁊ alia. In napello aūt
iuuamentum tyriace eſt paruū ⁊ quantitas eius vt
expellat mortem eſt mora parua ⁊ forſitā medicami
de muſcho ſicut exiſtimant quidā eſt magis iuuatī
uum in eo q̄ſ omnia: Quantitates aūt que in po
tu dantur de tyriaca in vnaquaqꝫ egritudīe ſūt iſte:
In tuſſi quideꝫ antiqua et dolore pectoris ⁊ lateris
datur in potu lupinus vnus in aqua mellis aut iu-
leb ſi fuerit febris. In rigore aūt periodico ⁊ frigore
⁊ vomitu in initio periodi detur in potu lupinꝰ vnꝰ
cū aqua aut cuꝫ vino quod nō ſit minus tribus. ℥.
neqꝫ plus quatuor. ℥. ⁊ .ſ. Et ſumat in potu ille q
hꝫ colicā ⁊ inflationem in ſtomacho ⁊ pūcturam
quantitatē lupini cū aqua mellis aut iuleb ſicut ſcis
Et patiēs caſū appetitꝰ ſiſr i aq̄ aut vīo ſic ſcis. ⁊ de
tyriaca lupinū in decoctiōe aſſari: ⁊ detſ i potu i hy
dropiſi ante cibū lupinus vnus de ea degluttiendo
aut cū q̄ntitate. ℥. i. ſ. aceti cōmixti. Et ſumat i potu



patiens ſputū ſanguis ſi fuerit tps ei⁹ in egritudīe ꝑ
ꝑinqui vſqꝫ ad auſ .i. i aceto cōmixto: ⁊ ſi fuerit ſpa
ciū eū eo antiquū detur in potu vltimū in decoctiōe
ſumiſuron mane ⁊ ſero. Ille do g patiſ abſciſſio-
nē vocis ſumat in potu de ea fabam vnā in aq̄ mellī
aut rob vue aut teneat eā ſub lingua. Et detur in po
tu ad vlcera inteſtinorꝫ ⁊ ſolutionē vētris cū ſāguine
in aqua ſumach. Et ad ꝯſtrictionē anhelitus cuꝫ
oxymelle ſquillitico qꝺ ſit minꝰ. ℥. i. ⁊ fiat gargariſ
mus ad epilepſiam in ꝑmis: deinde detur in potu
de ea quātitas q̄nte auſ .i. vſqꝫ ad mediū auſ. in aq̄
aut oxymelle ſquillitico: ⁊ ſimilr in dolore capitis ⁊
emigranea. Ampliꝰ ipſa frangit lapidē in veſica ⁊
renibꝰ cū potaſ in decoctiōe apij ⁊ ꝓhibet cholīricā
paſſionē ⁊ retinet naturā. Et illi q vtuſ ea in hora ſa-
nitatis nō nocent venena: ⁊ nō impendūt in eo no-
cumēta: ⁊ fit ſecurus ab egritudinibꝰ peſtilentie.

Deſcriptio: ℞. trociſcorꝫ ſquille auſ .xlviij. troci-
ſcorū vipe auſ .xxiiij. trociſcorꝫ alindaracaron ⁊ pi-
peris ⁊ nigri ⁊ opij omniū añ. tantundē ⁊ cynamo
mi in deſcriptiōe auſ .xij. ⁊ in deſcriptōe auſ .xxiiij.
roſ. auſ .xij. ⁊ in deſcriptōe auſ .xxiiij. ⁊ ſemis napi
ſilueſtris rotundi ⁊ ſcordeon ⁊ radicis lilij celeſtis ⁊
agarici ⁊ ſucci liquiritie ⁊ olei balſami omniū añ. q̄n
tū eſt hoc pōdꝰ. ⁊ myrrhe ⁊ croci ⁊ zinziberis ⁊ reu
barbari ⁊ cētauree ⁊ calamēti mōtani ⁊ praſſij ⁊ pe-
troſelini ⁊ ſticados ⁊ coſti ⁊ piperiſ albi ⁊ macropipis
⁊ pulegij indi ⁊ olibani ⁊ floris ſquinanti ⁊ gūmi al
bori ⁊ caſſie lignee nigre ⁊ ſpice ⁊ polij omniū ana
aure. vi. ⁊ ſtoracis liqde ⁊ ſe. apij ⁊ ſiſeleos ⁊ ameos
⁊ camedreos ⁊ camepitheos ⁊ ſucci hipoquiſtidoſ
⁊ ſpice celtice ⁊ ſeſece montane ⁊ folij gentiane ⁊ ſe.
feniculi ⁊ terre ſigillate ⁊ colcotar adūſti ⁊ amomi ⁊
acori ⁊ naſturtij albi ⁊ carpobalſami ⁊ ipericon ⁊ fu
⁊ gūmi ⁊ cordumeni ⁊ aniſi ⁊ acatie omniū añ. auſ.
iiij. dauci ⁊ bdellij ſubalbidi omnium añ. auſ .iiij.
bezard ⁊ aſpalti ⁊ oppoponaci ⁊ centauree mino-
ris ⁊ ariſtologie rotunde omniū añ. auſ .ij. ⁊ in alia
deſcriptōe centauree ariſtologie rotūde loco longe
caſtorei ꝟo in deſcriptione q̄dam auſ .ij. ⁊ in deſcri
ptiōe auſ .iiij. ⁊ ſiſr eſt ſermo in ſerapino ⁊ mellī kiſt
x. ⁊ vini antiq odoriferi kiſt .ij. liq̄fiant que de eis li-
queſcūt ⁊ infundanſ q̄ infundunſ ⁊ teranſ ſicca ⁊ cri
bellentur ⁊ conficiantur cū melle: ⁊ ponatur in vaſe
vitreo aut plumbeo aut argenteo: ⁊ non impleatur
vas: imo ſit in eo ſuperfluitas vt reſpiret medicina.
⁊ oēs medicine ꝑter mel ⁊ vinū ſūt .lxiiij. medicīe.

d
Eſcriptō alia: ℞. trociſcorꝫ ſqile añ .xxviij.
trociſcorꝫ vipe ⁊ trociſ. alindaracaron ⁊ pi
peris nigri ⁊ opij boni omnium añ. auſ.
xxiiij. ⁊ allei ſilueſtris ⁊ roſarū ſiccarū ru. ſemis na-
pi ſilueſtris ⁊ ireos agarici ⁊ ſucci liquiritie ⁊ olei
balſami ⁊ cynamomi omniū añ. auſ .xij. myrrhe et
praſſij ⁊ croci ⁊ macropiperis ⁊ zinziberis ⁊ ozimi
mōtani ⁊ petroſelini ⁊ pentaphilon ſilueſtris ⁊ reu-
fini ⁊ coſti amari albi ⁊ ſticados ⁊ piperiſ albi ⁊ mu
ſchi ⁊ pulegij ⁊ ſuperioris ſquinanti ⁊ glutinis alim
bat ⁊ olibani ⁊ caſſie ⁊ ſpice omniū añ. auſ .vi. ⁊ gē

tiane ⁊ alme ⁊ aleſſis ⁊ eſt naſturtiū albuꝫ ⁊ ſtoracis
liquide ⁊ ſiſeleos ⁊ ſpice celtice ⁊ eſt nerenid ⁊ ſemi-
nis ameos ⁊ camedreos ⁊ camepitheos ⁊ hypoq-
ſtidos ⁊ folij ⁊ epithymi ⁊ fu ⁊ meu ⁊ ſeminis apij ⁊
ſe. feni. ⁊ boli lacune ⁊ colcotar aſſati ⁊ amomi ⁊ ipe
ricon ⁊ acori ⁊ carpobalſami ⁊ acatie ⁊ gūmi arabi
ci ⁊ cordumeni omniū añ. auſ .iiij. ⁊ alzufera ⁊ gal-
bani ⁊ oppoponacis ⁊ ſerapini ⁊ bituminis iudai-
ci ⁊ centauree ⁊ ariſtol. ro. ⁊ caſtorei omniū ana pō
dus auſ .ij. Et addite ſunt in hac deſcriptione iſte
medicine ⁊ ſunt firmate in deſcriptōnibus aliarum
linguarum: ⁊ ſūt ozimi fluuialis ⁊ galbani ⁊ draga-
ganti ⁊ ciclaminis ⁊ ariſtologie longe ⁊ ſeminis hy
uſquiami albi omniū ana auſ .ij. iſte ergo ſunt ſpe-
cies .lxx. in cōmixtione excepto melle. ⁊ mel ſit du-
plum medicinarum quarꝫ ſit ſūma eius quod eſt in
tyriaca mille ⁊ quadraginta ⁊ trigintaquatuor auſ.
⁊ teratur crocus per ſe ⁊ teratur myrrha ⁊ opiū ⁊ oli
banum per ſe ⁊ infūdatur illud in vino decocto no
cte ⁊ liquefiant glutinum ⁊ galbanum cuꝫ oleo bal
ſami ⁊ teratur colcotar ſolum: deinde terantur reli-
que medicine ⁊ cribellentur ⁊ conficiatur ſūma ea-
rum cum melle diſpumato: ⁊ conteratur cum ſit ag
gregatio in mortario contritione bona donec com
miſceanſ: deinde ponatur in vaſe vitri quod ſit ſicut
vrinale aut teſteo vitreato ⁊ adminiſtretur poſt qua
tuor annos. ⁊ ſit doſis integra pondus. ʒ. i. cū aqua
tepida in ieiuno.

d
Eſcriptio alia: ℞. tro. ſquille auſ .xlviij. et
tro. tyri. auſ .xxiiij. piperis lon. auſ .xxiiij.
tro. alindaracaron pondꝰ auſ .xxiiij. roſ.
rubearū ſiccarꝫ ablatis capitibus auſ .xij. radicis li
lij celeſtis auſ .xij. ⁊ radicis liquiritie auſ .xij. ſemis
napi ſilueſtris auſ .xij. ⁊ ſcordeon auſ .xij. xylobal-
ſami auſ .x. opij auſ .xij. agarici auſ .xij. piperis al
bi au. vi. reuſini ſe. apij au .iiij. myrrhe pure au. vi.
coſti amari au. vi. croci au. vi. caſſie au. vi. ſpice inde
auſ. vi. melanopiperis aur .xxiiij. ⁊ luctanis ⁊ ē pu
legium aure. vi. ⁊ praſſij aur. vi. ⁊ ſticados aure. vi.
⁊ petroſelini ⁊ eſt ſemen apij montani aure. vi. ma-
cedonici aure. vi. ⁊ gnqꝫ folij aure. vi. camepitheos
aure. iiij. ⁊ amomi aure. iiij. ⁊ meu aure. iiij. ⁊ neri-
den ⁊ eſt ſpica romana aur. iiij. ⁊ ſiſr camedreos au
re. iiij. gentiane romane aure. iiij. aniſi aure. iiij. gū-
mi aur. iiij. ſemis feniculi aure. iiij. cordumeni aure
iiij. ſiſeleos aure. iiij. ameos aure. iiij. ſerapini aure.
iiij. caſtorei aur. ii. ariſtologie lon. aure. ii. centauree
minoris aur. ii. bezarat ⁊ eſt galbanū aur. ii. ⁊ fiat
de ea quod diximꝰ de ꝯtritōe cribellatōe ⁊ ꝯfectiōe
cum melle.

e
Re trociſcorum de viperis: Accipiantur
vipere cum eſt finis veris ⁊ incipit eſtas. et
ſi fuerit ver hyemale dimittantur vſqꝫ quo
conſequatur eſtas. Et vipere quidem ſunt ſer-
pentes capita habentes plana que ſunt lata proprie
apud propinquitatē colli minuti ſubtilſ valde quorꝫ
caude ſunt curte ſtrepitū facientes ⁊ ſonitum in in-
ceſſu. Et iſtis qdē trociſci nō ꝯueniūt oēs vipe: imo

ſtaue ⁊ de flauis feminee. ⁊ eoꝝ ſignū eſt φ maſculi
in oī latē hñt vnū dentē ⁊ femie plēs vno. ⁊ opoꝛ3
vt alienent coꝛnute ⁊ varie ⁊ aſpides declines ad al-
bedinē: ⁊ nō capiant ex piſcinis ⁊ littoꝛib⁹ fluuioꝝ
⁊ aquarū ⁊ mariū. neqꝫ petroſe: qm̄ in eis ſunt q̄rci
ne facientes ſui: imo capiant in loco lōginquo ab hu
moroſitate. ⁊ nō capiant ille q̄ ſunt debil' mot⁹: imo
eligant ille q̄ ſūt velocis motus hñtes caput eleuatū
⁊ opoꝛtet vt nō moꝛeant cū capiūtur ſi poſſibile eſt:
⁊ abijciāt a pte capitis ei⁹. iiij. digiti: ⁊ ſiſr a pte cau
de ipſi⁹ ⁊ ani ei⁹. φ ſi cucurrerit ex ea ſāguis plim⁹
⁊ fuerit motus eius in illa diſpoſitione plurimus ⁊
moꝛs ipſius tarda: tūc erit electa. ⁊ ſi fuerit parui mo
tus ⁊ pauci ſāguis velocis moꝛtis: tūc erit mala. Et
de ſignis ei⁹ iterū eſt vt ſit motus ei⁹ velox ⁊ aſpectus
ei⁹ aſpectus audacie ⁊ pſumptōis: ⁊ ſit egreſſio fecis
ei⁹ ex poſtremo caude ei⁹. cūqꝫ moꝛtua eſt extrahā
tur viſcera eius: ⁊ pꝑe fel ipſi⁹. ⁊ abluat cū aq̄ ⁊ ſale
ablutōe exq̄ſitiſſime facta: deinde decoquat in aq̄ ⁊
ſale: ⁊ ſi cū ea fuerit anetū nō erit malū i eo decoctōe
diſcoquēte cū q̄ lenis fiat collectio carnis ei⁹ ab oſſe
ipſius. Mūdificet ergo caro ei⁹ ab oſſe ⁊ pijciat in
moꝛtario ⁊ terat bene: ⁊ pcipiat illi q facit illud vt
odoꝛet oleū balſami: ⁊ inūgat ipm̄ ſup digitos. cū3
ergo ꝯtrita ē miſceat cū toꝛtellis ſm̄ deſcriptiōes di
uerſas: ⁊ non erigat ſupra deſcriptionē Andromā
chi: deiñ fiant ex ea trociſci minuti ſubtiles ⁊ exſiccē
tur in vmbꝛa ⁊ reponant in repoſitoꝛio. ⁊ opoꝛ3 vt
nō cadat ſup eos radi⁹ ſol' oīno: neqꝫ añ exſiccatōe3
neqꝫ poſt ipſā. ſol nāqꝫ deſtruit ⁊ expoliat eos q̄ vir
te approbata carnib⁹ vipaꝝ īterficiēte venena q̄ ſūt
ex moꝛſione ⁊ ebibita.

a Re trociſcoꝝ ſquille: Opoꝛtet vt eligatur
de ſquillis hūidis illa q̄ eſt grauis ⁊ nō eſt
magna: ⁊ nō linias ipſā cū luto: qm̄ illud
facit eā rācidā ⁊ coꝛrūpit ipſā: imo line eā cū fermen
to ⁊ aſſa eā in olla donec coquat: aut in furno iā ca
lefacto ⁊ extracto cinē ei⁹: aut in patella de terra: ſup
quā coq̄tur panis ei⁹. Cū ergo extrahit inde: tūc ſu
mat intꝰ ei⁹ lene ⁊ terat optie: ⁊ miſceat cū eo farina
oꝛobi recēs ſm̄ virtutē ſquille ⁊ exitus ei⁹. Andro-
mach⁹ vō miſcebat cū pte vna ſquille duas ptes fa
rine ⁊ alij eq̄li mēſura. Cū ergo pmixta ē ſquilla cū
farina oꝛobi: tūc fac ex ea trociſcos ſubtiles: ⁊ inun
ge man⁹ tuas cū facis ex ea trociſcos cū3 oleo ro. ⁊
exſicca eos ⁊ ſerua eos ſic ꝯſeruas trociſcos de vipis
Medici aūt nři tpis accipiūt ſquille ptes. ij. ⁊ farie
herbi partem. i.

d Eſcriptio trociſcoꝝ alidaracaron: Rꝫ. coſti
cū radicis darſiſahā auſ. vi. ſupioꝛis ſqui
nāti auſ. xij. calami aromatici ⁊ coſti ⁊ xy
lobalſami ⁊ aſſari ⁊ myrrhe ⁊ amomi ⁊ polij oium
añ. auſ. xxiiij. maſticis ⁊ emerukit ⁊ ē alacohē alba
⁊ ſu oium añ. auſ. vi. ariſtol. ro. auſ. xx. reubarbari
ſiliq̄ cinā añ. auſ. x. ſpice inde auſ. xvi. folij tannū
dē croci auſ. xij. terat totū ⁊ cribellet p ſe ⁊ ꝯficiātur
cū vino odoꝛifero antiquo declināte ad dulcedine3
⁊ fiant trociſci. ⁊ exſiccent in vmbꝛa ⁊ ꝯſeruent ſic cō
ſeruant trociſci de vipis:

d Eſcriptio alia hoꝝ trociſcoꝝ: Rꝫ. ligni al
darſiſahan ⁊ calami ⁊ aromatici ⁊ coſti et
aſſari ⁊ xylobalſami ⁊ amomi ⁊ myrrhe
chye ⁊ ſu ⁊ alacohen omniū auſ. xviij. ⁊ croci auſ.
xij. ⁊ ſpice inde ⁊ folij amboꝝ añ. auſ. xij. ⁊ myrrhe
auſ. xxiiij. terat totū ⁊ fiant trociſci ſic dixim⁹ in vna
quaqꝫ deſcriptionū q̄ ſūt ante iſtam.

d Eſcriptio alia hoꝝ trociſcoꝝ: Rꝫ. aſclibet et
eſt darſiſahan auſ. vi. floꝛis ſquināti auſ.
xij. calami aromatici auſ. vi. myrrhe ⁊ aſ-
ſari ⁊ xylobalſami oium añ. auſ. vi. cynamomi au.
xxiiij. amomi auſ. xxiiij. caſſie auſ. vi. ⁊ amaracō ⁊
eſt alachoen alba auſ. xx. ſpice inde aure. xvi. polij
au. vi. in alio myrrhe aure. xxiiij. maſti. au. vi. croci
auſ. xij. aggrega has medicinas tritas ⁊ puluerizā-
tas ⁊ ꝯfice cū vino puro ⁊ fac trociſcos ſic diximus
⁊ conſerua.

c Onfectio mithꝛidati nobilis: Eſt cōfectio
quam fecit mithꝛidates rex ponti ⁊ nomi-
nauit ſuo nomine ⁊ cōpoſuit ipam: ⁊ eſt ex medicis
expertis ſuper venena pꝛopꝛe ⁊ ſup egritudines alias
vt eēt aggregatiuū iuuamēti venenoꝛum diuerſoꝝ ⁊
egritudinū diuerſarū. fuit ergo ipſum tyriaca in illo
tēpoꝛe: deinde poſtq̄ accidit andromaco illud qđ
expertus fuit ipm̄ ſup iuuamentū carnū ſerpentū ⁊
alioꝝ addidit in eo trociſcos de vipis ⁊ alteratū eſt
parū p additionē ⁊ diminutiōe3. Fuit ergo tyriaca
mag̃ in multitudie iuuamēti: verūtn̄ tyriaca mag̃ eſt
magis iuuatiua ipſo in re vna ⁊ eſt venenū ſerpentū
In reliq̄s vō reb⁹ nō diminuit mithꝛidati a tyriaca
diminutōne de q̄ ſit curādū: imo ē magis additū in
plib⁹ eaꝝ iuuamēti ⁊ ꝯſideratiōis vtilitatis: ⁊ nō plō
gem⁹ ſermonē i numero illoꝝ iuuamētoꝝ: qm̄ ipa
ſunt illa pdicta que ſunt tyriace: ⁊ ſit doſis copioſioꝛ
parumper.

c Onfectio mithꝛidati ex deſcriptōe cōmu-
ni omniū: Rꝫ. myrrhe ⁊ croci ⁊ agarici ⁊ 3i
ziberis ⁊ cynamoni ⁊ dꝛagaganti omniū3
añ. ʒ. x. ⁊ ſpice ⁊ olibani alſeis ⁊ eſt naſturtiū baby-
lonicū: ſquinanti xylobalſami ſticados ⁊ ſiſeleos et
coſti ⁊ camepitheos ⁊ galbani ⁊ nebeſcet ⁊ macro-
piperis ⁊ ſucci barbe hircine ⁊ caſtoꝛei ⁊ melakion
⁊ ē opiū ⁊ folij indi ⁊ ſtoꝛacis ⁊ oppoponacis oiū3
añ. ʒ. viij. caſſie leucopiperis ⁊ melanopipis et her
modactilorum ⁊ polij ⁊ ſcoꝛdeon ⁊ dauci ⁊ melilo
ti ⁊ gentiane ⁊ olei balſami carpobalſami ⁊ trociſco
rum cokion bdellij omniū ana. ʒ. vij. rute. ʒ. ij. am-
moniaci ⁊ ſpice romane ⁊ maſticis ⁊ gūmi ⁊ petro
ſelini ⁊ coꝛdumeni ⁊ ſeminis feniculi omniū añ. ʒ.
v. aniſi ⁊ acoꝛi ⁊ meu ⁊ ſerapini ⁊ aſſari oiū3 ana. ʒ.
ʒ. iij. apij ⁊ roſarum rubearum pulegij oim̄ ana. ʒ.
v. ſu ⁊ acatie ⁊ vmbilici ſtici ⁊ ſeminis iperici oium
añ. ʒ. xlv. vini odoꝛiferi antiqui in quo infundātur
ea que opoꝛtet infundi mellis diſpumati quod ſuf-
ficit. Miſceatur ⁊ ſeruetur ⁊ adminiſtretur poſt ſex
menſes ⁊ ſit doſis ſicut auelana cum eo quod eſt cō
ueniens de potibus. Et in hac quidem deſcriptiōe



ſunt medicine q̄ nō ſūt in deſcriptōe Gal'. tredecim
⁊ ſūt agarici ⁊ hermodactili ⁊ rute ⁊ ammoniaci ⁊
dicates ⁊ aſſarū ⁊ dꝛagagantū ⁊ ſticados ⁊ camepi
theos ⁊ meliloti ⁊ xylobalſamū ⁊ melanopiper et
bdelliū. Et in deſcriptōe Gal'. ſunt due medicine q̄
nō ſunt in hac deſcriptōe: ⁊ ſunt radix lilij ⁊ ſal. ⁊ in
deſcriptiōe alia ē medicia vna q̄ nō eſt in hac deſcri
ptione ⁊ eſt ſemen rute.

a Res cokion adminiſtrati in mithꝛidato: Rꝫ.
paſſularū rubearū enucleataꝝ pōd⁹. ʒ. iiij
glutinis albotin pōd⁹. ʒ. xxiiii. ſquināti ⁊
myrrhe amboꝝ añ. ʒ. xii. cinamomi ⁊ bdellij ſubal
bidi ⁊ blacte biçantie ⁊ ſpice romane ⁊ caſſie ⁊ meli
loti ⁊ cipeři ⁊ baccaꝝ lauri oiū3 añ. ʒ. iii. calami aro
matici pōd⁹. ʒ. ix. croci. ʒ. i. bitūinis iudaici. ʒ. ii. ſ.
Et hec deſcriptio ē ſaboꝛ filii ſchel in q̄ ē additū bi-
tumē iudaicū. Et in deſcriptōe alia ē additū darſiſa
han pōd⁹. ʒ. ii. ſ. Et in deſcriptōne alia ſunt addite
aſſari. ʒ. ii. ſ.

t Yriaca eſdre: Rꝫ. amomi pondus auſ. xij.
ſupioꝛis ſquinanti auſ. viij. piretri aur. vi.
croci auſ. xxxvi. cynamomi aur. vi. ⁊ myr
rhe aur. xij. petroſelini ⁊ eſt ſemē apij mōtani ⁊ dau
ci ⁊ eſt ſemē baucie ſilueſtris mōtane cretenſis oium
añ. auſ. iij. dꝛagaganti aur. xxx. ſucci hypoq̄ſtidos
auſ. viij. radicis lilij celeſtis aure. xv. ſe. feni. aur. vi.
bdellij ſubalbidi aur. viij. ſe. hyuſq. albi au. xxviij.
caſſie ligneę aur. ix. ſe. papaueris albi aur. xxx. ſpice
inde aur. xij. ſe. rute aur. i. granoꝝ citri excoꝛticatoꝝ
ſumach ſemij amboꝝ añ. aur. ii. ⁊ ſe. aneti ⁊ epaſ al
meliki ⁊ aſſari ⁊ coꝛdumeni ⁊ eufoꝛbij ⁊ opij oium
añ. aur. vi. melanopipis aur. xxx. roſarū rubearum
ſiccarū ablatis capitib⁹ aur. ix. folii indi aur. xii. olei
balſami aure. iii. nereiden cretenſis ⁊ eſt ſpica roma
na: amcis ⁊ eſt ſupi⁹ vitis amboꝝ añ. aur. vi. roſarū
oleandri ⁊ ſupioꝛis almaru amboꝝ añ. aur. iiii. lac-
ce mūdate aur. xii. memithe gariofiloꝝ amboꝝ añ.
aur. xii. ſupioꝛis ſpice romane aur. iii. reuſini au. xii
ſucci alniſe ⁊ eſt alſelengeſit ⁊ dicit abꝛotanū ſilueſtre
aur. xx. ⁊ radicū endiuie aur. xx. ⁊ coſti ⁊ gētiane ro
mane amboꝝ añ. aur. xi. folioꝝ citri aur. xiii. ⁊ troci
ſcoꝝ alindaracaron aur. vii. aniſi aur. vi. ſquinanti
aur. xii. Aggrega has medicinas terendo cribellan
do infundendo que de eis infundūtur in vino clare
ſubſtantie ⁊ eſt radix aut communi aut in triplicato
aut vino paſſo aut melino ⁊ confice cū melle diſpu
mato ſm̄ q̄ntitatē q̄ neceſſaria eſt ⁊ reponat in vaſe
⁊ adminiſtret ſic adminiſtrat tyriaca maioꝛ. Et de medi
cis ſunt q̄dā q ponūt in ea de ammoniaco: ⁊ de eis
ſunt quibus illud non videtur: qm̄ ammoniacū no
cet ſtomacho

d Eſcriptio tyriace eſdre: Rꝫ. amomi ⁊ myr-
rhe amboꝝ añ. ℥. v. piretri. ℥. ii. ſ. ſquinā
ti. ℥. iiii. caſſie ligneę. ℥. xii. ſ. ſtoꝛaci ligde
℥. vi. ſ. dauci. ℥. i. croci. ℥. xij. petroſelini. ℥. i. ⁊ ʒ.
ii. ireos. ℥. ii. ſ. ſe. feniculi ⁊ bdellii amboꝝ añ. ℥. iiii
ſ. olibāi. ℥. ix. dꝛagagāti. ℥. x. ſucci hypoq̄ſtidos. ℥
iii. gnoꝝ citri excoꝛticatoꝝ aur. i. ſe. aneti ⁊ epatis al
meliki ⁊ lignoꝝ citrinoꝝ oiū3 añ. aur. ii. ſe. hyuſ. al
bi lb. i. ſe. papaueris albi lb. ii. ſpice. ℥. ix. ⁊. ʒ. i. ru-
te ſicce. ℥. i. ⁊. ʒ. ii. ſumach. ℥. iii. aniſi ⁊ aſſari ⁊ coꝛ-
dumeni oiū3 ana. ℥. iii. opii. ℥. ii. ʒ. i. ſ. euſoꝛbii. ℥.
ii. ſ. piperis. ℥. i. ſ. roſarū. ℥. iiii. folii indi ⁊ carpo-
balſami amboꝝ ana ℥. iii anacardi ℥. ii. ſ. lacce mū
date ℥. v. cynamomi ℥. iiii. meu ℥. ii. ſpice cretenſis
℥. ix. ſulfuris ℥. iiii. memithe ⁊ reuſini ⁊ coſti amari
oiū3 ana aur. iiii. folioꝝ citri aur. v. trociſcoꝝ alin-
daracarō aur. iiii. olei balſami aur. vii. ſucci abꝛota
ni lb. i. galāge ℥. vii. lilii ℥. vi. gariofiloꝝ ℥. v. mel'
quantum ſufficit.

c Onfectio tro. alinadaracarō adminiſtratoꝝ
in ea: Rꝫ: camemill'. ru. ⁊ camemille albe ⁊
ſumach ⁊ ſu ⁊ aniſi ⁊ aſſari vſnee ⁊ calami
aromatici ⁊ xylobalſami oiū3 ptes eq̄les pōderis:
aggrega has medicias ꝯtritas ⁊ cribellatas ⁊ cōfice
cū vino puro bone ſubſtātie ⁊ ē radix aut cōi tribus
dieb⁹ ꝯtinuis ⁊ moueat in oī die ſemel ⁊ adde ſup il
lud de vno hoꝝ vinoꝝ ſi indiget illo ⁊ fac trociſcos
pōderis auſ. i. ⁊ exſicca in vmbꝛa. hanc tyriacā fecit
eſdras ⁊ ē vicaria tyriace alfaroch in reb⁹ oib⁹.

t Yriaca diateſſerō. Rꝫ. gētiane romane bac
carū lauri ariſtol. lon. ⁊ myrrhe oiū3 ptes
eq̄les terant ⁊ ꝯficiant cū melle diſpumato
ſm̄ q̄ntitatē ſufficiētē. ei⁹ doſis ſit auſ. i. cū aq̄ calda.
Et dī φ de medicis q̄dā ſūt q ponūt loco myrrhe co
ſtū amaꝝ ⁊ refert Serusget φ inuenit in deſcriptiōe
q̄dā additōe3 croci ptis. i. Hec tyriaca de q̄tuoꝛ ſpē
bus ꝯfert pūcture ſcoꝛpionū ⁊ araneaꝝ ⁊ egritudib⁹
ffis. pꝑe epilepſie q̄ ſubito accidit ⁊ tremoꝛi oꝛis ſtōi

t Otira liberās mag̃. Hec medicia ē aggre-
gatiua iuuamēti ꝯferēs epilepſie ⁊ vertigini
⁊ doloꝛi capitis antiquo ⁊ tremoꝛi ⁊ phi-
bet māīm attrahi ad oculū. ⁊ q̄nqꝫ fit cū ea alcohol
poſt abſtractionē aq̄ q̄re phibet ſanīē ⁊ phibet euē
tū nocumenti ad oculū ⁊ abſciſionē vocis ⁊ paliſim
⁊ alguelguel ⁊ doloꝛē dentiū ⁊ doloꝛē oculi: ⁊ dolo
res pulmonis ⁊ lateris ⁊ pectoꝛis ⁊ hypocōdrioꝛū
bibita in aq̄ mellis ⁊ valet ad expulſionē ſāguis po
tata in aq̄ arnogloſſe ⁊ vge paſtoꝛis ⁊ vētoſitatib⁹ in
ſtō ⁊ doloꝛib⁹ ei⁹ ⁊ icteritie ⁊ ad paſſiōes ffras ⁊ cla
rificat coloꝛē ⁊ delet cogitatōes ⁊ remouet eructua-
tionē ⁊ ſanat veſicā ⁊ egritudines inteſtinoꝝ ⁊ pūcturā
coꝝ ⁊ cliſterizat cū ea q̄re eradicāt apata coꝝ ⁊ apa
ta ſplenis: ⁊ puocat ſupfluitates renū ⁊ veſice ⁊ ꝯfoꝛ
tat teſticlos ⁊ linit ſup eos ⁊ addit deſideriū ⁊ cōfert
doloꝛib⁹ iuncturarū ⁊ ſpaſmo ⁊ podagre ⁊ ꝯfert ad
venena ⁊ moꝛſiōib⁹. ⁊ ebibita ꝯfert febꝛib⁹ antiq̄s ⁊
periodis rigoꝛis ⁊ reſoluit apata. Cui⁹ ꝯpoſitio: Rꝫ.
myrrhe ⁊ caſſie ⁊ ſqnāti oiū3 añ. ℥. i. ſ. caſtoꝛei ⁊ pe
troſelini ⁊ ē ſe. apij ſilueſtris mōtani amboꝝ añ. au.
xv. ſe. apij. ℥. ij. ſiſeleos auſ. i. coſti amari ⁊ cynamo
mi ⁊ trociſcoꝛū aladarmen ⁊ ſtoꝛacis ligde ⁊ aſſari
oiū3 añ. auſ. vi. aniſi auſ. x. pipis al. auſ. xij. pipis
lō. auſ. iij. ſpice auſ. iij. amomi ⁊ croci amboꝝ ana
auſ. iiij. opij. auſ. x. Aggrega has medicinas tritas
⁊ dicotrigonizatas ⁊ ꝯfice cū melle diſpumato ⁊ re-

ponẽ in vaſe ⁊ vtere poſt ſex menſes.

Re trociſcoꝝ aladarmen admiſtratorũ in
a liberãte mag͂: ℞. amomi ⁊ darſiſaban ⁊ co
ſti amari ⁊ calami aromatici ⁊ gariofiloꝝ
⁊ pipis al. ⁊ ameos oĩum añ. auꝛ. iiij. cynamomi et
maſticis ⁊ croci oĩuȝ ana auꝛ. vi. ſu auꝛ. i. ſpice aro
matice ⁊ folij indi amboꝝ añ. auꝛ. vij. myrrhe auꝛ.
vi. Aggrega has medicinas ꝯtritas ⁊ cicotrigoniza
tas ⁊ ꝯfice cũ vino claro aut alio ⁊ fac trociſcos par
uos pōderãtes auꝛ. i. ⁊ exſicca in vmbra ⁊ vtere

Edrech darij. Medrech darij ẽ vna de me
b dicis pſicl magnis electis q̃ ꝓcedit icſſio
ne filonij ⁊ tyriace ⁊ ſcelithe: ⁊ ipſi⁹ iuuamẽ
tũ eſt magnũ in colica. Cui⁹ hec ẽ ꝯmixtio: Accipe
croci ⁊ ſe. hyuſgami albi amboꝝ añ. ſextariũ. i. opij
⁊ euforbij ãboꝝ añ. ʒ. xx. ⁊ ſpice ⁊ ſtoracis liq̃de am
boꝝ añ. ſextaria duo ⁊ folij idi ⁊ gariofiloꝝ amboꝝ
añ. ʒ. iiij. ⁊ pipis al. ʒ. ij. ⁊ margaritarũ nõ ꝑforataꝝ
⁊ ſal ãmoniaci ⁊ ſe. rute ſilueſtris ⁊ muſchi ⁊ caſtore ⁊
cardamomi ⁊ cynamomi ⁊ caſſie oĩum ana pōdus
ʒ. i. ⁊ coſti. ʒ. viij. ⁊ ſe. alharmel ⁊ piretri ⁊ macropi
peris oĩuȝ añ. ʒ. iiij. ſerapini ⁊ caſtorei ⁊ oppopona
ci oĩum ana pōd⁹. ʒ. ij. ⁊ zedoarie ⁊ doronici ⁊ olei
balſami oĩuȝ añ. au. viij. ⁊ ſ deſcriptiõe ſyra ⁊ greca
myrrhe. ʒ. iiij. ⁊ caſtore. ʒ. iiij. tere ſicca ⁊ cicotrigo
niza ⁊ infũde ea q̃ liq̃ſcunt in vino decocto: deĩn ag
grega oĩa ⁊ ꝯfice cũ melle ⁊ antiq̃ ſex mẽſib⁹. cuius
doſis ſit ſicut nux cũ aq̃ tepida.

Onfectio philoꝝ ⁊ ẽ illa q̃ noĩaſ medicina
c vite: Valet ad ſuꝑfluitates phlãs ꝯfortat
aĩaȝ letificat digerit facit eructuare aſſiſara
vt ſit ſicẽ viaticũ adoleſcẽtie ⁊ addit in cõſeruatõne ⁊
memoria ⁊ rõnem efficit bonã ⁊ abſoluit ligua ⁊ de
ſtruit frigora: abſcidit fluxũ vrine ⁊ ſedat vẽtoſitates
addit in ſꝑmate ⁊ ꝯfortat memoriã ⁊ detumeſcẽ fac
carnẽ gingiuarũ ⁊ ſtringit dẽtes ⁊ remouet dolores
dorſi ⁊ iũcturaꝝ ⁊ ilioꝝ ⁊ enniictorioꝝ: cui⁹ ꝯmixtio
℞. pipis ⁊ macropipis ⁊ zinziberis ⁊ cynamomi em
blicoꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ capſie ⁊ ariſtol. ro. de ſceni ⁊ ve
narũ citrinaꝝ ⁊ vẽtris gnoꝝ pinee maioris. Em de
ſcriptõe alia: nuci nõ ſucatũ ⁊ ẽ teſticul⁹ vulpiſ oĩuȝ
añ. ℥. i. ſ. camemill. ℥ ſ. ⁊ plãte gnoꝝ vue. ℥. iij. auſe
ratur interi⁹ paſſularũ rubearũ: deĩn terant bñ ⁊ ſu
maſ q̃ntũ ſũt oẽs medicie mell ⁊ coagulẽt: deĩn ꝯfi
ciant cũ eo ſpẽs q̃s dixim⁹ ⁊ ſumaſ de ea ſm oẽȝ di
ſpoſitionẽ q̃ntũ eſt nux pus in oleo nucis inde men
ſuratũ q̃ inuoluatur.

Celite. In hac medicina ſub fideiuſſiõe aſ
f firmãt oẽs iuuamentũ exiſtẽ ⁊ in ꝯpoſitõe
ei⁹ eẽ mirabile. Nos do nõ iuenim⁹ ei im
ꝑſſionẽ ꝑlimã niſi in aſꝑitate accidẽte ligue ⁊ molli
ficatõi ei⁹. Ardo medici dicũt q͏ ſcelite magnũ ꝯfert
iuuamentũ manie ⁊ egritudib⁹ frigidis melãcholici
⁊ phlãticis ⁊ paſſiõi ⁊ epilepſie ⁊ apoplexie ⁊ torture
⁊ alguelgues ⁊ locutõi ſue ⁊ dolori capitis ⁊ emigra
nee ⁊ obliuioni ⁊ meſie ⁊ frigori cerebri ⁊ tremori et
pulſui cordis ⁊ ꝯſeruat embryonẽ ⁊ ꝯfert aboꝛſui et

ꝯfert diſtillatõi vrine ⁊ doloꝛib⁹ matricis ⁊ vẽtoſita
ti ei⁹ ⁊ mollificationi lingue ⁊ vtigini ⁊ triſticie ⁊ no
cumẽto fungoꝝ ⁊ venenis ⁊ lacti qð coagulatur in
ſtomacho ⁊ aliis: ⁊ confert doloꝛibus iuncturarũ ⁊
omnib⁹ doloꝛibus antiquis frigidis. ⁊ datur in po
tu ad omnẽ rem ad quam pertinet ſicut ad frig⁹ ve
hemens in aqua caſſiefiſtule. ⁊ dicitur q͏ in vino eſt
magis iuuamentũ ⁊ ad opilationes intrinſecas cũ
aqua radicũ ⁊ ad doloꝛes matricis cum aqua aniſi
⁊ ad doloꝛes ſuperioꝛes cum aqua ſaniſci aut cum
aqua radicum ſicle ⁊ pueris cum oleo viol. Hec er
go ſunt ea que dicunt medici. Et illud quod ẽ apud
me eſt qð eſt medicina inoꝛdinata nõ inoꝛdinate cõ
poſitionis adurens ſanguinẽ ⁊ humoꝛes deficiens
a trociſcis. Cui⁹ cõmixtio: ℞. muſci ⁊ canfore ⁊ am
bre omniũ ana pondus. ʒ. ij. margaritarum nõ per
foꝛatarum ⁊ croci amboꝛuȝ añ. ʒ. x. auri cõtriti ⁊ ar
genti contriti amboꝛum ana. ʒ. ſ. amomi ⁊ ſeminis
harmel ⁊ euforbij ⁊ vſnen nabati ⁊ vſnee ⁊ ſeminis
apij ⁊ ſeminis rute ⁊ ſtercoꝛis vacce montane ⁊ ſul
furis rubei ⁊ citrini ⁊ hellebori albi ⁊ ſtoracis liqui
de ⁊ ciperi ⁊ merſulen ⁊ ſunt ligna aſparagi ⁊ vena
rum aleſſind ⁊ eſt alharmel alba ⁊ chelidonie ⁊ gra
noꝛum almahaleb ⁊ xylobalſami ⁊ hezerahen ⁊ eſt
vitis alba: ⁊ ſimſindar omniuȝ ana pondus. ʒ. ij. et
floꝛis ſquinanti ⁊ folij ⁊ nucis muſchate ⁊ caſtoꝛei ⁊
ſe. eruce ⁊ ſeminis baucie omniũ ana pondus. ʒ. x.
⁊ alzarub ⁊ azkei ⁊ dragaganti magiſterij ⁊ nigelle
ſtercoꝛis vulpis ⁊ radis capparis omniũ ana ʒ. ſ. et
ſerici crudi ⁊ ſeminis aneti ⁊ radicum eius ⁊ zedoa
rie ⁊ doꝛonici ⁊ zinziberis ⁊ gentiane ⁊ lingue auis
⁊ ſalis indi ⁊ piretri ⁊ coꝛalli ⁊ bitumis iudaici ⁊ ſu ⁊
pſilij oĩuȝ añ. ʒ. iiij. gariofil. ⁊ ſpice ⁊ aſſari ⁊ coſti ⁊
caſſie ⁊ cardamomi ⁊ capilliueneri oĩuȝ añ. ʒ. viij. ⁊
macis ⁊ ireos ãboꝝ añ. pōd⁹. ʒ. i. fructuũ mãdrago
re ſiccoꝝ numero. xx. ⁊ caſſie mũdate ⁊ lignoꝝ caſſie
amboꝝ añ. pondus. ʒ. ſ. ⁊ floꝛũ ſquinanti pondus
ʒ. v. ⁊ ſe. feniculi ⁊ iſopi ſicce amboꝛũ ana. ʒ. x. ⁊ oꝛi
gani perſici ⁊ oꝛigani aliaci amboꝛum ana. ʒ. iiij. et
bedeoard ⁊ nodoꝛum pale veteris in parietibus et
reuſini omniũ ana. ʒ. vij. ⁊ piperis albi ⁊ nigri ⁊ ma
cropipis ⁊ opij ⁊ ariſtologie longe ⁊ rotunde ⁊ gra
noꝛũ almahaleb omnium ana ʒ. xx. ⁊ auellane inde
pōd⁹. ʒ. ij. ⁊ duas tertias. ʒ. i. ſuꝑioꝛis ſalicis ⁊ vena
rum indarani ſiccarum ⁊ eſt almeius ⁊ polij ⁊ ſucci
ireos ⁊ darſiſahan ⁊ abꝛotani omnium ana pond⁹
ʒ. i. ⁊ aniuden nigre pondus. ʒ. iiij. ⁊ quarte ⁊ meli
loti pondus. ʒ. iiij. ⁊ duarum tertiarum. ʒ. i. ⁊ capil
loꝛum algol ⁊ digitoꝛum citrinoꝛum ⁊ gutte bara
coſt ⁊ aliit boni odoꝛi ⁊ ſerapini ⁊ oppoponaci om
nium ana pondus. ʒ. ij. ⁊ terre viarum quadratarũ
pondus. ʒ. iiij. Et illud quod inuenitur de medici
nis q̃ intrãt i ſcelithe in codicib⁹ grecis additũ ſupra
illud qð ẽ in hac deſcriptõe eſt iſtud alzurub ⁊ alcſ
fis albe añ. ʒ. ij. radicis alkeiri rubee pōd⁹. ʒ. iiij. ſu
perioꝛis alcãne. ʒ. ij. agnicaſti. ʒ. iiij. coꝛdumeni pō
duſ. ʒ. i. reuſini ⁊ carpobalſami ⁊ xylobalſami ⁊ gra



noꝝ myrthi egyptie ⁊ ſigillate regis ⁊ aſſe fetide om
niũ ana ʒ. ij. nucis muſchate ʒ. i. ij. granoꝝ albeni ex
coꝛticatoꝝ ʒ. iiij ſpodij ʒ. i. cuſcute ⁊ karabe ⁊ mũdaſ
coꝛiõ ⁊ geſtafrid ⁊ nucis ſanie ⁊ mugath ⁊ marma
coꝛ ⁊ vtriuſq; beẽ ⁊ rubei ⁊ albi omniũ ana ʒ. ij. ani
ſi ʒ. iij. ſecha ʒ. i. ſal tabarzet ſalis indi ⁊ ſalis panis ⁊
dauci ⁊ petroſelini ⁊ ſucci ligritie ⁊ ſucci eupatoꝛij
omniũ ana ʒ. ij. ⁊ coꝛticũ citri ſiccoꝝ ⁊ ſuſtiũ peonie
oĩuȝ ana pondus ʒ. iiij. churuden ʒ. v. magnetis. ʒ.
vi. calcanil ⁊ eſt ozimũ mõtanũ ⁊ amigdalaꝝ ama
raꝝ omniũ ana ʒ. vij. Tere ſicca ⁊ cicotrigoniza ⁊ in
funde ea que liqueſcũt in vino bono ⁊ ꝯfice cũ melle
qð ſit triplũ pondꝛis medicinaꝝ ⁊ repone in vaſe
vitreo qð ſit ſicut vrinale ⁊ antiqueſ ſex menſib⁹: cu
ius doſis ſit q̃ntũ eſt cicer cum aqua tepida.

Ommixtio eius ſm aliã deſcriptionẽ: ℞.
c muſchi boni pondus ʒ. ij. margaritarum
nõ ꝑfoꝛataꝝ pōdus ʒ. x. auri ſuſi ⁊ argenti
ſuſi amboꝝ ana pondus ʒ. ſ. ambre pōdus ʒ. iiij. za
rub pondus ʒ. i. ſyrici aduſti aut nõ aduſti pond⁹. ʒ
iiij. myrre gariofiloꝝ ⁊ ſpice boni odoꝛis ãboꝝ añ. ʒ
iiij. croci pondus ʒ. x. zedoarie ⁊ doronigi amboꝝ
ana ʒ. iiij. radicis lilij celeſtis pondus ʒ. i. amomi pō
dus ʒ. ii. maſticis pondus ʒ. ſ. folij indi pondus ʒ. x
carpobalſami pōdus ʒ. ſ. macis pōdus ʒ. i. fructuũ
mandragore numero. x. lignoꝝ caſſie ⁊ caſſie ambo
rũ ana ʒ. v. leucopiperis ⁊ zinziberis ⁊ radicũ anete
omniuȝ ana ʒ. iiij. coſti amari pondus. ʒ. viij. nucis
muſchate pondus ʒ. x. caſtoꝛei pondus ʒ x. euforbij
pōdus ʒ. ij. floꝛis ſq̃nanti pondus ʒ. x. ſe. aneti ⁊ gẽ
tiane romane ⁊ ſuꝑioꝛiſ lingue auis oĩuȝ ana pōd⁹
ʒ. iiii. cardamomi pōdus ʒ. viii. ſe. harmel. ʒ. viii. fe
niculi pōdus ʒ. vi. ſuſtiũ capilloꝝ veneris. ʒ. viii. ſal
indi pondus ʒ. iiii. nigelle ⁊ eſt granũ nigꝝ pōdus
ʒ. ſ. oꝛigani pſici pōdus ʒ. iiii. ſu pondus. ʒ. vi. dra
gaganti artificij pondus ʒ. ſ. vſnen nabathi pōdus
ʒ. ii. ſe. apij ⁊ ſemi. rute ⁊ vſnee ⁊ ſulfuris citrini om
niũ ana ʒ. ii. ſtercoꝛis vacce mõtanẽ aut capre mõta
ne pondus ʒ. ii. bedeguard pōdus ʒ. vii. ſemi. eruce
pōdus ʒ. x. ſauie pōdus ʒ. iiii. melanopiperis ⁊ ma
cropiperis ⁊ ſe. hyuſquiami albi oĩum ana. ʒ. xx.
terre viarũ quadratarũ pondus. ʒ. i. ariſtologie lõ
ge pōd⁹. ʒ. x. ariſtologie rotũde pōdus. ʒ. iiij. reu
ſini pōdus. ʒ. vii. ſeminis alzufere pōdus. ʒ. x. ſemi
nis endiuie pondus. ʒ. iiii. ſeminis alaniuden pon
dus. ʒ. iiii. ⁊ ſexta ʒ. i. meliloti pōdus. ʒ iiii. ſ. pſilij ⁊
iſſidis oĩum añ. pondus. ʒ. iiii. granoꝝ cucumeris
excoꝛticatoꝝ. ʒ. iiii. ⁊ tertiã. ʒ. i. bitumis iudaici pon
dus. ʒ. iiii. caſtore ⁊ hellebori albi ⁊ nigri ⁊ cipi ⁊ ſto
racis liquide ⁊ chelidonie ⁊ ſemi. haſparagi oĩum
ana pondus. ʒ. ij. ⁊ digitoꝝ citrioꝝ ⁊ capilloꝝ algol
⁊ radicis endiuie ⁊ caſſie ⁊ baracoſt oĩum ana pon
dus ʒ. ii. xylobalſami pōdus ʒ. ii. aque nigelle ⁊ aq̃
ſpine mõtane: alcãna ana pōdus ʒ. i. granoꝝ alma
haleb pondus ʒ. i. radicuȝ aſſidi ⁊ eſt ſynapis albi
pond⁹. ʒ ii. nodoꝝ palee q̃ eſt i ꝑietib⁹ ʒ. vii. ſterco
ris vulpis pōdus. ʒ ſ. coꝛticũ radicis capparis pon
dus ʒ. ſ. hezerialen ⁊ iſſindi ãboꝝ ana pōdus. ʒ. iiii

Aggrega has medicinas ꝯtritas ⁊ cicotrigonizatas
⁊ infunde q̃ infundenda ſũt de eis in vino odoꝛifero
⁊ cõfice cũ melle diſpumato ⁊ repone in vaſis: ⁊ ad
miniſtra poſt ſex mẽſes ſicut cicer cũ aqua coꝛticuȝ
radicis feniculi ⁊ apij ⁊ fac caputpurgiũ ex ea quan
titate vnius grani frumẽti cũ aqua canabis.

Iina Darij: ⁊ eſt medicina inda q̃ letificat
a ⁊ ꝯfortat coꝛ ⁊ coꝛp⁹ ⁊ coloꝛẽ efficit bonũ
⁊ aufert lũbricos ⁊ facit odoꝛẽ oꝛis bonuȝ
⁊ ſudoꝛis ⁊ iuuamẽtũ eius ad epar eſt magnũ ⁊ nõ
eſt in ea nocumentũ apparẽs ⁊ ſumitur ante cibũ ⁊
poſt ipſm: cuius cõmixtio. ℞. roſarũ rubearũ pōd⁹
ʒ. vi. ciperi pond⁹. ʒ. viii. gariofiloꝝ ⁊ maſticis ⁊ ſpi
ce ⁊ aſſari oĩum ana. ʒ. iii. cynami ⁊ alzarub ⁊ croci
⁊ macis ⁊ cardamomi ⁊ heil bace ⁊ nucis muſchate
oĩum ana pondus. ʒ. i. Sume has ſpecies poſt ci
cotrigonizationẽ cũ oxali ⁊ ꝑmiſce ꝯmixtione de
cẽti conterendo: deinde accipe emblicoꝝ mũdatoꝝ
bonoꝛum recentiũ lib. i. ⁊ decoquanſ in lib. ix. aque
dulcis donec remaneat tertia: deinde coletur ⁊ itere
tur illa aqua in olla ſuꝑ quã ꝓiciant de penidijs ſa
hari. lib. ii. deide buliat cũ facilitate donec ingroſſet
⁊ fiat in ſpiſſitudine lohoc ad pectus groſſi: deinde
auferaſ olla ab igne ⁊ puluerizenſ in ea medicine et
moueatur cũ ligno ſalicis donec ꝑmiſceatur cõmi
xtione equali. Cũq; infrigidanſ reponãtur in vaſe
viridi cui⁹ doſis ſit qð eſt ab vno aur. ad duos.

Onfectio alia inda: ℞. piperis ⁊ macropi
peris ⁊ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ
⁊ emblicoꝝ ablatis nucleis ipſoꝝ ⁊ centau
ree oĩum ana ſextaria. iiii. ⁊ mellis ⁊ butyri vaccini
quãtũ cõficiat ipſaȝ: cuius doſis ſit aur. i. aut plus
vnicuiq; hoĩ ſm quantitatẽ ſue virtutis.

Onfectio noĩata algere q̃ ꝯfert vtriq; cho
lere ⁊ pruritui ⁊ frigoꝛib⁹ ꝯfortat ſtõm et
valet ad colicã ⁊ ventoſitates ⁊ facit appe
tere cibũ ⁊ confert ad coitum: cuius ꝯmixtio. ℞. ſca
monee ⁊ medulle turbit ⁊ macropiperis oĩum añ.
ʒ. v piretri ⁊ ſeminis apij ⁊ ameos ⁊ zinziberis ⁊ ſa
lis indi omniũ ana pōdus. ʒ. i. gariofiloꝝ ⁊ zarub
amboꝛum ʒ. ſ. alſlengeri aure. i. mahaleb excoꝛtica
ti ana. ʒ. ii. zuccari tabarzet ⁊ croci amboꝛum ana
ʒ. iii. Accipe has medicinas poſt cicotrigonizatio
nem exceptis ſcamonea ⁊ croco quoniã ſimul terũ
tur: deinde ꝑmiſce medicinas cõmixtione decen
ti ⁊ confice cum melle diſpumato ſm pondus ea
rũ t is ⁊ ſemis: cuius doſis ſit ab eo qð eſt inter. ʒ.
ii. vſq; ad. ʒ. ii. ſ. vſq; ad. ʒ. iii.

Onfectio alia animã confoꝛtãs dilatanſ ⁊
letificans confoꝛtãs coꝛpus coloꝛẽ faciẽs
bonũ deſtruens lumbricos odoꝛem oꝛis
faciens odoꝛiferũ ⁊ ſudoꝛẽ ⁊ ꝯfert ſtomacho ⁊ epa
ti ⁊ nõ eſt in ea nocumẽtũ ⁊ recipitur ante cibũ ⁊ p⁹
ipſũ: cuius ꝯmixtio: ℞. roſarũ rubearũ ptes. vi. ci
peri partes. viii. gariofiloꝛũ ⁊ maſticis ⁊ ſpice ⁊ aſſa
ri oĩum partes. iii. cynami ⁊ zarub ⁊ croci ana par
tes. ii. macis ⁊ cardamomi ⁊ heil bauce ⁊ nucis mu

ſchate oium añ.partẽ.i.terant̃ ⁊ cribellẽtur ⁊ ſuma tur ad oẽ pondus.ʒ.xxxiij.de oibus medicis lib.i. emblicoꝝ recẽtiũ ⁊ decoquaſ ois lib.cũ ix.lib.aque viſquequo remaneãt lib.iij. deiñ coleſ ⁊ pꝛijciaſ ſup illã aquã p oi lib.ẽblicoꝝ lib.i.penidioꝝ ſabari ⁊ de coquãtur donec ſiat in ſpiſſitudie electuarij groſſi: deiñ pulueriʒenſ deſup medicie: ⁊ ↄuenienter ſiãt cu⁹ ꝑmixtio ⁊ reponaſ in vaſe vitreo viridi: cu⁹ doſis ſit ab aur.i.vſqꝫ ad aur.i.⁊.ſ.

Onfectio tyriacal magna ex nr̃a arte exp toꝝ inuamẽtoꝝ pꝛedictoꝝ in cõfectionib⁹ que ſũt ante eã.℞.corticũ citri ⁊ gẽtiane,⁊ myrrhe ⁊ carpobalſami ⁊ folioꝝ oʒimi ⁊ citri ⁊ ſemi nis eius ⁊ ſeis alſeleugemiſch ⁊ ʒedoarie ⁊ doroni gi oium ana.ʒ.iiij.⁊ muſchi ⁊ ãbꝛe ãboꝝ ana aur.i. ⁊ xiloaloes indi aur.ii.⁊ cãfoꝛe aur.ſ.⁊ coſti ⁊ cina momi ⁊ acori ⁊ croci ⁊ ſpice celtice ⁊ abſynthij oiũ añ.ʒ.iij.⁊ ſu ⁊ meu ⁊ petroſelini oiũ añ.ʒ.ij.ſ.⁊ ſe minis eruce ⁊ ſeis napi ⁊ ſeis porri ⁊ ligne auis ⁊ grã noꝝ pipis oium añ.pond⁹ ʒ.ij.⁊ opij põdus ʒ.iij. cõſiciaſ ſm deſcriptionẽ ⁊ fermẽtetur ſex menſibus deinde bibatur.

Onfectio tyriacalis mioꝛis ex arte nr̃a.℞ carpobalſami ⁊ coſti ⁊ myrrhe ⁊ gentiane ⁊ cinamomi ⁊ leucopipis ⁊ xyloaloes indi ⁊ petro ſelini oium añ.ptẽ.i.muſchi tertiã ptis: caſtorei q̃r tã ptẽ cõſiciaſ cũ melle ⁊ adminiſtretur.

Onfectio ceſaris valẽs ad pulſũ cordis ⁊ epilepſiã ⁊ doloꝛes ſtõi ſſri ⁊ inteſtinoꝛum ⁊ opilatiões ⁊ putrefactiõem ſanguis longã ⁊ diffi cultatẽ digeſtiõis ⁊ difficultatẽ anhelit⁹ ⁊ ſingultuꝫ vehemẽtẽ cu⁹ ꝑmixtio ℞.caſtorei ⁊ ſucci liquiritie ⁊ caſſie ⁊ coſti amari ⁊ melãopiperis macropiperis ⁊ ſtoꝛacis ⁊ opij ⁊ croci ⁊ ſpice aromatice oium añ pondus.ʒ.iij.oppoponacis põdus.ʒ.i.muſchi põ dus ſexte ʒ.i.ʒedoarie ⁊ doronigi ⁊ margaritarũ ñ ꝑfoꝛatarũ oium añ.ʒ ſ.myrrhe põd⁹ ʒ.ix. Aggre ga has medicias tritas ⁊ cribellatas ⁊ ↄfice cũ mel le diſpumato ⁊ vtere cũ neceſſe eſt quãtitate ciceris.

Iſera magna valẽs ad malitiã digeſtiõis ⁊ frigus ſtõi ꝓpꝛie ⁊ inteſtioꝝ ⁊ mollifica tiõem in ſtõ ⁊ veſica: ⁊ addit in deſiderio coeũdi: cu⁹ ꝑmixtio ℞.myrobalanoꝛuꝫ nigroꝝ ex corticatoꝝ pondus ʒ.vi.bellirico.⁊ embli.ſeis apij montani ⁊ caſſie inde ⁊ ameos ⁊ origani ꝑſici oium añ ℥.i.ſpice ⁊ amomi ⁊ heil ⁊ acori añ.põdus ʒ.iij cinamomi põdus.ʒ.iiij.leucopipis ⁊ melanopipis ⁊ neremiſch ⁊ ſalis indi oium añ.ʒ.ſ. ſcoꝛie ferri ℥. iij.ſynapis ℥.i.ſ.⁊ ſalis ãmoniaci.ʒ ſ.tere ⁊ cicotri goniʒa ⁊ inuolue cũ oleo amigdalio ⁊ ↄfice cũ mel le diſpumato de quo ſit triplũ ponderis ſpecierum ⁊ vtere cũ neceſſe fuerit.

Eſcriptio alia. ℞.myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ ſchedenigi,⁊ buʒeiden ⁊ ma cis ⁊ capſie inde ⁊ ſecacul oium añ.ptem vnã bedarũgi rubei ⁊ bedarũgi albi ⁊ ligne auis et been albi ⁊ been rubei oium añ.partẽ mediã. Ag grega has medicinas ↄtritas ⁊ cribellatas ⁊ cõſice cũ melle diſpũato ⁊ butyro ⁊ vtere cũ neceſſe fuerit.

z Hemirẽ magnũ: Eſt medicina inde con ferẽs malitie ↄplexiõis ſrĩe ⁊ debilitati ſto machi ⁊ addit in deſiderio coeũdi ⁊ ↄfert alguelgues ⁊ melie ⁊ rectificat motus coꝛpis ⁊ ↄſer uat embꝛyonẽ ⁊ cõſeruat renes ⁊ veſicã ⁊ frãgit lapi dẽ: cuius ꝑmixtio.℞.acori ⁊ coſti amari ⁊ ariſtolo gie lõge ⁊ ariſtologie rotũde oium ana ſextaria.iiij macropipis ⁊ ʒinʒiberis amboꝝ añ.pondus ſexta rioꝝ v.ſeminis apij ⁊ ameoſ ⁊ carui ⁊ ſe.feniculi ⁊ ſe minis alrachanti ⁊ ſe.poꝛtulace ⁊ ſe.eruce ⁊ tuderi albi ⁊ rubei ⁊ auricule muris ⁊ cymini carmeni ⁊ ſe mi.aneti oium ana põdus ſextarioꝝ vi.gariofiloꝝ ⁊ viſnee ⁊ calami aromatici ⁊ xilobalſami oium añ. ſextaria tria meliloti ⁊ ſcecha ⁊ ʒarub ⁊ carpobalſa mi omniũ ana ſextaria tria: ⁊ caſſie ⁊ macis,⁊ carda momi ⁊ cynnami oium ana ſextaria.iiij.myrobala noꝛum citrinoꝛuꝫ ⁊ ſeremblegi ⁊ belliricoꝝ ablatiſ nucleis oium ana ſextaria.viij.pomoꝝ mandrago re ſiccoꝝ ⁊ hellebori albi ⁊ marmacoꝛe ⁊ ſe.hyuſga mi al.ſilueſtris ⁊ ſe.hyuſgami al.hortulãi ⁊ aſech hoꝛ tulãi ⁊ capſie ĩde ⁊ ʒereſch ⁊ grãnoꝛũ citri excoꝛticatoꝝ ⁊ venarũ ⁊ ſiren indi ⁊ been rubei ⁊ been al. ⁊ ligne auis oium ana aur.xiiij.nucis muſchate.xxx.nũe ro: radicũ cucumeris ſilueſtris ⁊ ſeminis agnicaſti oium ana ſextaria.iij.ſeis baucie ⁊ amoni ãboꝛum ana.ʒ.vi.opij ⁊ euſoꝛbij ⁊ caſtorei oium ana.ʒ.iij. myrobalanoꝝ nigroꝝ ablatis nucleis põdere.ʒ.iiij folij indi ⁊ fenugreci ⁊ meu ⁊ petroſelini ⁊ dauci et reuſini oium añ.ʒ.vi.aggregentur medicine iſte tri te ⁊ cribellate. Et ſumantur penidij al.pondere me dicinarũ dictarum omniũ.⁊ butyrũ vaccinũ põde re medicinarũ ⁊ penidioꝛum ſimul: ⁊ mellis diſpu matũ pondere medicinarũ ⁊ penidioꝝ ⁊ butyri ſiſ. ⁊ cõficiatur ſm hunc modũ: Sumanſ penidij ⁊ in cidantur ⁊ poꝛijciantur ſuper eos tres lib.aque ⁊ de coquantur donec liqueſiant ⁊ ingroſſentur ⁊ ſiãt ſi cut mel: deinde ꝓijciaſ ſuper eos mel: ſiat tepidum butyrũ vaccinũ inuoluantur ⁊ cũ eo medicine trite ⁊ cribellate: deinde ꝓijciantur penidij ⁊ mel cocta ſi mul ĩ moꝛtario magno ⁊ pulueriʒẽtur deſuper me dicine inuolute in butyro ⁊ ↄficiantur donec equẽ tur ⁊ reponantur in vaſe in quo fuit mel tempoꝛe longo ⁊ reponatur ſex menſibus ⁊ adminiſtretur poſt illud: cuius doſis ſit ſicut galla in pꝛĩcipio dici ⁊ fine eius tribus diebus ⁊ trib⁹ noctibus cũ aqua calida aut cũ aliquo de vinis.

Ermixtio eius ex deſcriptione alia.℞.aco ri ⁊ coſti amari ⁊ ariſtologie longe ⁊ rotũ de omniũ ana ſextaria tria: macropiperis ⁊ ʒinʒiberis ana ſextaria.v.⁊ in deſcriptiõe alia am boꝛuꝫ ana ſextaria duo loco quinqꝫ: ſeminis apij ⁊ ameos ⁊ carui ⁊ ſe.feniculi ⁊ ſemi.alrotab.⁊ ſe.poꝛ tulace ⁊ ſemi.eruce ⁊ ſe.ſanſuci ⁊ tuderi albi ⁊ rubei ⁊ cymini carmeni ⁊ ſeminis aneti oiũ ana ſextaria ſex.gariofiloꝛuꝫ viſnee calami aromatici carpobal ſami oiũ ana ſextaria.iii.meliloti ⁊ ſceha ⁊ ʒarub ⁊ carpobalſami ⁊ caſſie ⁊ macis ⁊ cardamõi ⁊ cyna mi oium ana ſextaria.iiij.myrobalanoꝝ citrinoꝛuꝫ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ oium ana ſextaria.viij.po moꝝ mandragoꝛe ſiccoꝝ ⁊ myrthi ſicce ⁊ hellebori albi ⁊ marmacoꝛ ⁊ ſeminis hyuſgami albi ſilueſtriſ ⁊ ſeis hyuſgami albi hoꝛtulani ⁊ aſech ⁊ capſie in de ⁊ ʒereſch ⁊ granoꝝ citri excoꝛticatoꝝ ⁊ ſiren indi ⁊ ʒaroꝛ ⁊ been albi ⁊ rubei ⁊ ligne auis omniũ ana aur.xiiij.nucis muſchate.xxx.numero radicuꝫ cu cumeris ſilueſtris ⁊ ſemis agnicaſti amboꝝ ana ſex taria iij.ſemis baucie ⁊ amomi amboꝛuꝫ ana.ʒ.vi. opij euſoꝛbij ⁊ caſtorei omniũ ana.ʒ.iij. myrobala noꝝ nigroꝝ põdus ʒ.iiij.folij indi fenugreci ⁊ meu ſ adi ⁊ petroſelini ⁊ dauci ⁊ reuſini oiũ ana ʒ.vi.ag grega has medicinas poſt cicotrigoniʒationẽ ⁊ po ne cũ eis penidios ſm põdus medicinaꝝ oiũ ⁊ in uolue cũ butyro ⁊ conſice cũ melle diſpumato ⁊ re pone in vaſe: cuius doſis ſit ʒ.ij.ſ.foꝛti ⁊ debili mi nus hoc.

a Zchemirẽ purũ inuamẽtoꝝ ꝓximoꝝ ẽ ei ℞.acori ⁊ coſti ⁊ ariſtologie rotũde ⁊ lõge oium ana ſextaria iij.granoꝛuꝫ arſied ⁊ ſe minis harmel amboꝝ ana ſextaria ij.⁊ pipis ⁊ ma cropipis ⁊ ʒinʒiberis oiũ ana ſextaria v.⁊ ſe. apij ⁊ carui ⁊ cipi ⁊ ſemis napi ⁊ ſe.alrotab ⁊ ſe.cepe ⁊ ſe minis eruce ⁊ ʒaroꝛ ⁊ tuderi rubei ⁊ albi ⁊ ſe. porri ⁊ ſe.lini ⁊ ſeis anadochoche ⁊ ſe.feniculi ⁊ ameos ⁊ ⁊ ſe.citri excoꝛticati ⁊ ſeis poꝛtulace ⁊ calamẽti ⁊ be chir ⁊ fenugreci ⁊ ſemis ſãſuci ⁊ cymini carmeni et ſe.aneti ⁊ ſe.baucie oiũ ana ʒ.x.gariofiloꝝ ⁊ hal ⁊ viſnee ⁊ foli indi ⁊ cardamõi ⁊ cynami ⁊ enule ⁊ ci peri ⁊ nucis muſchate ⁊ calami aromatici ⁊ ʒarub: ⁊ meliloti ⁊ marmacoꝛ ⁊ carpobalſami oiũ ana ʒ. xx.⁊ caſſie ⁊ macis ⁊ granoꝝ myrthi ⁊ ʒereſch ⁊ lin gne auis ⁊ ſpice oiũ ana põdus ʒ.xxiiij. ⁊ roſ. ſic carũ põdus ʒ.v.⁊ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ kebulo rũ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ oiũ ana ſextaria iij.ſeis hyuſgami albi ⁊ euſoꝛbij ⁊ opij oium ana ʒ.iij. ca ſtorei ſextariũ.i.⁊ caſſie inde ⁊ alaſech ⁊ ʒedoarie et been rubei ⁊ albi ⁊ reuſini ⁊ darũgi ⁊ ſemis poꝛtula ce ⁊ galãge ⁊ ſtoꝛacis oiũ ana ſextaria iij. ⁊ penidi oꝛũ cũ põdere oiũ harũ medicinaꝝ ⁊ cõmiſce ⁊ in uolue butyro vaccino ⁊ ↄfice cũ melle diſpumato: cu⁹ doſis ſit aur.i.cum aqua tepida.

c Onfectio Ga. Hec ↄfectio calefacit inſtĩa vrine ex renib⁹ ⁊ veſica ⁊ aperit opilatiões ⁊ rectificat coꝛpus: cu⁹ ꝑmixtio.℞.leuco pipis melanopipis ⁊ amomi ⁊ coſti amari ⁊ ſpice aromatice ⁊ folij indi ⁊ croci ⁊ ſeis apij ⁊ aniſi ⁊ pi retri ⁊ ſeis vꝛtice ⁊ ſeis rute mõtane oium ana ptes eq̃les. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cõfice cum melle diſpumato ⁊ vtere: cu⁹ doſ ſit põdus ʒ.i.cuꝫ aq̃ corticũ radicis feniculi ⁊ corticũ radicis opij: cu ius ꝑmixtio ex deſcriptione alia.℞. pipis nigri ⁊ al bi ⁊ amomi ⁊ coſti ⁊ ſpice ⁊ calami aromatici ⁊ folij indi ⁊ ſeis apij ⁊ croci ⁊ aniſi ⁊ ſeis vꝛtice piretri ſeis rute mõtane oium ana ptes eq̃les ↄficianſ cũ melle ⁊ ſit doſis põdus ʒ.i.cũ aq̃ radicũ feniculi ⁊ apij.



c Onfectio alia Gal. valẽs ad doloꝛem epa tis ⁊ tuſſim ⁊ expulſionẽ ſãguinis q̃ ſit cũ võitu: cu⁹ ꝑmixtio. ℞.croci cinamõi am boꝛũ ana põdus ʒ.i.bdellij ʒ.iiij.alʒebet duas terti as.℥.i.ſquãn ʒ.iij.calami aromatici ʒ.ij. caſſie ſpi ce celtice myrrhe oiũ ana ʒ.ij.gũmi cupſſi ſextaria iij.⁊ mellis ℥.iij.paſſulaꝝ enucleatarũ põdus ʒ.xl. ⁊ vini boni qd̃ ſufficit: terantur ⁊ cicotrigoniʒci ⁊ cõ ficiantur cum melle.

Onfectio hermetis ↄferens podagre val de ⁊ dolozibus iuncturarũ ⁊ doloꝛib⁹ re nũ ⁊ ſtomachi ⁊ vẽtoſitatibus ⁊ vlcerib⁹ inteſtinoꝝ ⁊ hydropiſi ⁊ ictericie ⁊ vꝛtigini.⁊ ei⁹ gdẽ ꝓpꝛietas ẽ in iuncturis ⁊ podagra: ⁊ ſit doſis aur. i.aut ʒ.ij.cu⁹ ꝑmixtio. ℞.agarici ⁊ aſſari ⁊ acori et coꝛdumẽi ⁊ ſe.rute ⁊ euſoꝛbij ⁊ ſu ⁊ iſopi ſicce oium ana ℥.i. ariſtologie longe ⁊ radicũ ciclaminis am boꝝ ana ℥.ij.ameos ⁊ gariofiloꝝ amboꝛũ ana.℥. ij.gentiane romane ℥.vi.haſce ⁊ ſe apij amboꝝ añ ℥.ij.centauree minoꝛis ⁊ eſt alhalʒiʒ ℥.viij.caſſie ⁊ coſti amari ⁊ myrrhe oium ana ℥.iij.ſpice aroma tice ⁊ ſceha mõtani ⁊ petroſelini oium ana ℥.ij.po lii ⁊ praſſii amboꝛum ana ℥.vi. camepitheos ⁊ ca medreos ⁊ ſcoꝛdeon omniuꝫ ana ℥. viij. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cicotrigoniʒatas: ⁊ ↄficecũ melle diſpumato ⁊ repone in vaſe ⁊ bibaſ in dieb⁹ veris. Cõmixtio eius ex deſcriptione alia. ℞.aga rici ⁊ acori ⁊ aſſari ⁊ coꝛdumẽi ⁊ ſemis rute ⁊ euſoꝛ bij ⁊ ſu ⁊ iſopi ſicce omniũ ana ℥.i.ameos ⁊ gario filoꝛum amboꝝ ana ℥.ii.gentiane ℥.vi.haſce ⁊ ſeis apii amboꝛum ana ℥.ii. centauree minoꝛis ℥.viii. caſſie ⁊ coſti ⁊ ariſtologie longe omnium ana ℥.iii. myrrhe ⁊ ſpice ⁊ calamẽti montani ⁊ petroſelini omnium ana ℥.ii.praſſii ⁊ polii amboꝛũ ana ℥.iii camedreos ⁊ camepitheos ⁊ ſcoꝛdeon omniũ ana ℥.viii.mellis quantum ſufficit: cuius doſis ſit ʒ.ii. aut aur.i.in hoꝛa veris.

c Onfectio hermetis valens ad teneſmonẽ cum de ea ſumitur in potu põdus ʒ.xxx. cum aqua frigida ⁊ ad doloꝛem epatis cũ aqua mellis roſ. ⁊ ad febꝛem cum aqua tepida ⁊ ad doloꝛem ſtomachi cum aceto cõmixto ⁊ ad dolo rem renũ cum vino cõmixto ⁊ ad reliquos doloꝛeſ ⁊ pꝛefocationem cum aqua tepida. Et ſi non fuerit cum eis febꝛis cum vino cõmixto ⁊ ad expulſionẽ ſanguinis cum aceto cõmixto in quantitate fabe et ad doloꝛem ilii ſicut quãtitas illa: ⁊ ad retentioneꝫ menſtruoꝛum ⁊ ventoſitates cum vino antiquo cõ mixto ⁊ eſt conueniens ad doloꝛẽ capitis ⁊ alguel gues ⁊ maniam cũ in potu ſumitur ĩ nocte ⁊ ad tuſ ſim ſiccã potata in pꝛincipio noctiſ cũ vino cõmixto ⁊ ad moꝛſum ſerpentũ cum aqua alterentabin ⁊ li niaſ ſup locũ moꝛſum ⁊ cõfert ad venena moꝛtalia qñ in potu ſumitur cũ aq̃ gẽtiane ⁊ ad moꝛſũ canis rabioſi qñ in potu datur cum lacte

Eindarin: Exiſtimauit ille qui ipſum edi-
a
dit φ eſt expertuz: cuius permixtio. R. pi
peris albi ⁊ ſeminis hyuſquiami albi am
borum ana ſextaria v. croci ⁊ lumon ambouꝝ ana
ſextaria. x. ⁊ opii ⁊ ammoniaci ⁊ folii ⁊ piretri ⁊ ra
dicū mādragore ⁊ alhonniati ⁊ caſſie ⁊ ſpice ⁊ ſeis
apii oīuz ana ſextaria vi. ⁊ xylobalſami ſextaria. iiii.
⁊ mellis diſpumati quātum ſufficit: ɔficiant ⁊ admi
niſtretur ſicut narrauimus.

Alkeſkinēgi ē cōfectio pluimoꝝ iuuamēto-
a
rum valens ad egritudines infātiuz ⁊ pue
rorum ⁊ ad epilepſiā ipoꝝ ⁊ torturā corū
⁊ ſpaſmū ipſoꝝ ⁊ colicaz eoꝝ ⁊ cōfert pſocatiōi ma
tricis ⁊ tempat additionē mēſtruoꝝ: ⁊ ſedat vento
ſitates mſicis: cuius pmixtio. ℞. caſſie ⁊ geſtafrid ⁊
radicis mādragore ⁊ ſemis harmel ⁊ ſemis feniculi
⁊ carpobalſami ⁊ ariſtologie lōge ⁊ rotūde ⁊ muſ-
chi ⁊ ambre oīuz ana ʒ. iiij. hel ʒ. xxiiij. opij ⁊ coſti
⁊ nucis muſchate ⁊ myrobalanoꝝ citrinoꝝ omnuū
ana ʒ. xij. gariofiloꝝ ʒ. xxiiij. cynami ⁊ ɔfectiōis al-
keſire ⁊ arſenici citrini ⁊ ſemis lilij oīuz ana ʒ. ij. aco
ri ʒ. viij. ſerapini ⁊ doronigi ⁊ myrrhe ⁊ olei de ſte-
ragē oīuz ana ʒ. vi. legaſt ⁊ macis ⁊ ciperi ⁊ croci oī
um ana ʒ. x. mugath ʒ. xv. ſtoracis liqde ʒ. xv. mar
daſaceron ⁊ folioꝝ myrthi ⁊ nucis muſchate: ⁊ ſe-
minis ſauine oīuz ana ʒ. iij. teratur ⁊ cribellet ⁊ cōfi
ciat cū melle diſpumato ⁊ adminiſtret.

Onfectio alkeſire adminiſtrari in ea. ℞. cala
c
mi aromatici ⁊ blacte bizātie ⁊ olibani oī
um ana ʒ. iiij. vince ⁊ cynami ⁊ croci oīuz
ana ʒ. i. ſtoracis ʒ. iiij. muſchi ⁊ xyloaloes amborū
ana ʒ. ſ. ɔficiat cū vino antiquo odorifero ⁊ dimit
tat donec fermētet ⁊ adminiſtret.

Onfectio de muſcho faciēs ad pulſuz cor
c
dis ⁊ ad oēs infirmitates melācolie ⁊ ad
difficultatē anhelit⁹ ⁊ ē medicina ɔfortans
aiam: cui⁹ pmixtio. R. zedoarie ⁊ doronigi ⁊ mar
garitaꝝ nō pforatarūz ⁊ karabe ⁊ coralli oīum ana
ʒ. i. ſerici crudi. ʒ. i. ſ. been rubei ⁊ albi ⁊ folij indi et
ſpice ⁊ cardamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ caſtorei oīuz an̄.
ʒ. i. ſ. zinziberis ⁊ macropipis oīuz ana tertiam ʒ. i.
muſchi octauā ʒ. i. Terant oīa ⁊ ɔficiant cum melle
crudo: cui⁹ doſis ſit ſicut cicer cū vino odorifero.

Onfectio de muſcho alia q̄ valet ad dolo
c
rē epatis ⁊ ſtomachi ⁊ debilitatē eoꝝ ⁊ re
ſoluit vētoſitates ⁊ inflāmationē: cui⁹ per
mixtio. R. pōdus tertie ʒ. i. de muſcho ⁊ ſpice aro-
matice ⁊ caſſie ⁊ folij indi ⁊ lacce mundate ⁊ reuſini
oīuz ana pōdus ʒ. ij. gētiane romane pōdus ʒ. ij.
croci ⁊ ameos ⁊ ſemis apij ⁊ maſticis oīum ana ʒ.
iiij. cinamōi ⁊ pipis ⁊ ariſtologie rotūde oīum ana
pōdus ʒ. iij. xyloaloes indi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ myrrhe
oīuz ana pōdus ʒ. i. ſ. cōfice has medicinas tritas
cū corrigonizatas cū melle diſpumato ⁊ repone i va
ſe ⁊ vtere: cui⁹ doſis ſit ſicut faba cū aq̄ calida.

Edicina de muſcho cū abſynthio q̄ valet
c
ad pulſū cordis ⁊ alguelgues ⁊ ɔfata epi
glotis ⁊ exſiccat humoroſitatē ſtomachi:
cui⁹ pmixtio. R. abſynthij ⁊ aloes amborū ana ʒ.
viij. reuſini ʒ. viij. ameos ʒ. viij. ⁊ croci ⁊ ſe. apij am
boꝝ ana ʒ. iiij. muſchi cineridē ⁊ folij ⁊ myrrhe oī-
um ana ⁊. ij. caſtorei ʒ. i. ſ. cōmiſce ⁊ cōfice cū melle

Medicina de muſcho alia ɔferens ad melancoli
am cholericā. R. maſticis ⁊ croci amborū ana ʒ. i.
ſ. ſuperioris abſynthij ⁊ ozimi citrati ⁊ epithymi oī
um ana ʒ. i. xyloaloes ⁊ galie amboꝝ ana ʒ. i. ſ. muſ
chi ʒ. ſ. zedoarie ⁊ doronigi amborūz ana ʒ. ij. mar
garitarūz ⁊ karabe ⁊ coralli ⁊ ſerici oīum ana ʒ. iij.
aloes ʒ. xxiiij. mellis quantū ſufficit: doſis ei⁹ inte-
gra pondus ʒ. ij. cum aqua tepida.

Edicina de muſcho dulcis valēs ad pul-
m
ſum cordis ⁊ egritudines melancolicas ⁊
difficultates anhelit⁹ ⁊ ad epilepſiaz ⁊ pa
ralyſim ⁊ torturā ⁊ quartanā: cuius pmixtio. R. ze
doarie ⁊ doronigi amboꝝ ana pōdus ʒ. i. margari
tarūz nō perforatarū ⁊ coralli ⁊ karabe ⁊ ſerici cru
di adusti oīum ana pōdus ʒ. i. ſ. been albi ⁊ rubei ⁊
folij indi ⁊ ſpice cardamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ caſtorei
omniū ana pondus duarum tertiarū ʒ. i. ⁊ zinzibe
ris ⁊ macropiperis amborūz ana tertias duas ʒ. i.
muſchi pondus ſexte ei ſ. ʒ. i. Tere medicinas ⁊ cri-
bella ⁊ cōfice cū melle qd̄ eſt ſicut extrahit de fauis
quod non inuenit ignis crudū ad vnū tria ⁊ repo-
ne in vaſe ⁊ vtere.

Edicina de muſcho alia efficiēs illa iuua-
m
mēta. R. zedoarie ⁊ doronigi ⁊ margari
taꝝ paruaꝝ ⁊ karabe ⁊ coralli oīuz ana. ʒ.
iij. ⁊ tertiā ʒ. i. ⁊ ſerici crudi pōdus ʒ. ij. ⁊ been albi ⁊
rubei ⁊ ſpice ⁊ folij ⁊ cardamōi ⁊ gariofiloꝝ omni-
um ana ʒ. iiij. ⁊ duas tertias ʒ. i. ⁊ vince ⁊ macropi-
peris ⁊ zinziberis oīuz ana pōdus ʒ. i. ⁊ tertie ʒ. i. ca
ſtorei pōdus tertie ʒ. i. ⁊ muſchi boni pōdus aur. i.
incidat ſericū inciſiōe parua donec fiat ſicut puluis
deinde aggregetur in mortario cū margaritis ⁊ co
rallo ⁊ karabe ⁊ terant optime: ⁊ terātur alie medi-
cine ⁊ conficiant cū melle crudo: cui⁹ doſis ſit pō
dus medij aur. cū aqua tepida.

Edicina de muſcho alia ſilis illi: cui⁹ cōmi
c
xtio. R. abſinthij ⁊ aloes āboꝝ ana ʒ. viij
ſpice ⁊ muſchi ⁊ folij ⁊ myrrhe oīum ana
pōdus ʒ. ij. reuſini pōdus ʒ. vi. ameos ⁊ croci ⁊ ſe.
apij oīum ana pōdus ʒ. iiij. caſtorei ʒ. i. ſ. Tere ⁊ cō
fice cū melle: cui⁹ doſis integra ſit aur. i.

Algzenea magna: Hec medicina eſt expta
l
valēs ad oēs paſſiōes frigidas ⁊ vētoſita
tes groſſas ⁊ dolorē dentiū ⁊ corroſiones
eoꝝ ⁊ ad frig⁹ ſtomachi ⁊ tarditatē digeſtiōis ⁊ cho
licā ⁊ difficultatē vrine ⁊ ad frigus ⁊ phlegma ⁊ ad
mētionē vrine: cui⁹ ɔmixtio. R. caſtorei ⁊ opij ⁊ cy
namomi ⁊ aſſari ⁊ ſu ⁊ meu ⁊ dauci oīuz ana ʒ. i. pi
peris ⁊ macropipis ⁊ galbani ⁊ coſti omniuz ana
ʒ. vi. croci ʒ. ſ. liqfiant cū aqua mellis ⁊ terātur ſic-
ca ⁊ reſoluatur galbanū cū melle ⁊ conficiant ⁊ ad
miniſtret poſt ſex mēſes; cui⁹ ɔmixtio ex deſcriptio
ne alia. R. caſtorei ⁊ melanopipis ⁊ croci ⁊ meu et
ſu ⁊ dauci ⁊ aſſari ⁊ opij ⁊ leucopipis ⁊ bezardi oī



um ana pondus ʒ. ij. coſti pondus ʒ. i. cinnamomi
ʒ. ij. terant ⁊ cribellent ⁊ ɔficiant cū melle diſpūato.

Algzenea minor que eſt in intentione eius
l
℞. caſtorei ⁊ opij amboꝝ ana ʒ. x. pipis et
macropiperis ⁊ galbani ⁊ myrrhe ⁊ coſti
oīuz ana ʒ. ix. ⁊ cinnamomi ⁊ meu ⁊ ſu ⁊ dauci ⁊ aſ
ſari oīuz ana ʒ. x. ⁊ croci pōdus quarte ℥. i. Et in de
ſcriptione alia zinziberis ℥. i. ⁊ ſtoracis liqde ℥. iij.
Et in deſcriptione alia caſtorei ⁊ melanopipis ⁊ cro
ci ⁊ meu ⁊ ſu ⁊ dauci ⁊ aſſari ⁊ opij ⁊ cinnamomi et
leucopipis oīuz ana ʒ. i. coſti pondus ʒ. i. Tere oīa
⁊ ɔfice cū melle ⁊ antiquet ſex menſibus: cui⁹ doſis
ſit aur. ſ. cū aqua tepida in ieiuno. Et in deſcriptiōe
doſis qd̄ eſt inter ſextā ʒ. i. vſq; ad duos aur. ⁊ in de
ſcriptione doſis quantū eſt granū pipis. Et dicit φ
terat ſiliqua ⁊ liniatur ad venena ⁊ ad ventoſitates
in matricibus ⁊ paucitatē ɔceptionis ⁊ ut menſtrua
ſoluant. Soluat de ea q̄ntū eſt faba cū oleo de lilio
⁊ ſupponat cuz lana ⁊ liquefiat de ea cū oleo ſabaci
